2 - 6/11

# DEFENSIO ASTROLOGIAE CONTRA IOANNEM PICVM MIRANDVLAM.

LVCII BELLANTII SENENSIS MATHEMATICI AC PHYSICI LIBER DE ASTROLOGICA VERITATE. ET IN DISPVTATIONES IOANNIS PICI ADVERSVS ASTROLOGOS RESPONSIONES.

✠

# LVCIVS BELLANTIVS AD LECTOREM.

NE credas care lector quæ edidimus ulla motos inimicitia ſcri/
pſiſſe. Scias neminē in Italia fuiſſe tēporibus noſtris:quē uti
Picū uenerarer/& colerē:cū quo nullum mihi cōmertiū fuit:
illius tamen nomē obſeruabā:& apud me plurimi eius fama
erat. Sperabā bene fore lr̄is & ſciētiis cūctis/ſi longā uitā ui/
xiſſet. dolui p̄cæteris oībus tāti uiri mortē/ueluti bonaꝝ artiū
iacturā. Ecce editū fuit/nō bene conſulti uiri ſuaſu/opus impiū ac delendū q̄dem.
Quod ego quū uiderē nō potui nō dolere. & his telis meis licet hebetibus & ob
tuſis in certamē ꝓdire. duxi nāq; expedire obicē qualēcūq; q̄primū furētibus his
opponere:donec ſtrenui milites accederēt:qui lædere uolentes opprimerēt. Itaq;
reſpōſiones has meas edidi:in quibus q̄ plura deficere nō ignoro. Veꝝ ſi quantis
in erumnis uerſer aduertas/nō paꝝ ignoſces. Exul a patria/ꝗ malis ciuibus nō ad
hæreā:dego Florētiæ. dū hæc cōpono ſemꝑ ī aīo eſt patriæ libertas. Ecce dū ſcri/
bo gymnaſiū irrūpit q nunciet/craſſatores p̄ſto eſſe q me trucident:inſidias ubiq;
paratas dep̄hendo/ut me dicāt amici/Damodē/ uel Dionyſium. & licet aſſiduis di
ſcriminibꝰ ipauidus fere factus ſim:nō pōt tn̄ calamus lāguēte manu nō cadere.
Redeo tn̄ ut poſſum ad ſcribēdū. cōdo & cōpono (ut multis aptū eſt) quæ mox
deprimere poſſim. nō. n. datur q̄d ſcribo:ut nonū p̄matur in annum:ſed abortus
emittere cogor. nā idē tp̄s & cōceptus & partus eſt. Tu itaq; lector miſerere tan/
toꝝ laboꝝ/atq; animi nō digna ferētis. Ignoſce/ſi pro ueris ꝑtubus abortiuos edu
cimus/ut opus hoc fortaſſe dices/grauiori lima elimādū/& in quo alio ſtilo & ſcri
bendi genere uſus eſſe deberē:Dolebis p̄terea/ab re latina opus hoc adeo alienū
eſſe/ut bonaꝝ lr̄aꝝ ꝓfeſſores/a lectione tali abhorreāt. Hoc nos dolemus/eloquētiā
nullā in nobis eē. dictiōes latinas nō callere. imbuti nāq; ſumus barbarie/q̄ ubiq;
hodie circūfert̄. optaremus politis & uere latinis uerbis graues ſn̄ias (ut par eſt)
exprimere poſſe:nā omne tulit pūctū q miſcuit utile dulci. Pulchrū eſt. n. arborē
optimis pomis onuſtam pulcherrimis foliis exornatā uidere. Id fatemur & noui
mus. Veꝝ nō adeo inepti ac barbari ſumus:q̄n in plurimis/diuerſo dicēdi modo/
uerbis ſi nō oībus latinis/minus tn̄ latinis uiris aſpernandis/uti potuiſſemus. Sed
quū uideā (malo ſcientiaꝝ fato) factū eſſe ut tēpeſtate nr̄a pleriq; oēs/qui linguæ
latinæ ſtudēt/ſciētias nullas nouerint:cōtra qui liberales artes ſequunt̄/eloquētiæ
omnis expꝫtes ſint:optaui potius ut a ſcientiaꝝ ꝓfeſſoribus hæc noſtra legerent̄:
q̄ meris grāmaticis:q̄bus in re nulla ſatiſfeciſſem. Cæteꝝ accedat alius qui quod
omiſi reſarciat:mihi ſatis ſit bonoꝝ animis ſtimulos admouiſſe. Expergiſcimini
boni cuncti lr̄aꝝ & ſcientiaꝝ amatores:tutamini liberales artes:quaꝝ inter pri/
mas aſtrologia eſt. non ſinite pſidoꝝ manibus lacerari:nec ſanctū hoc dari cani/
bus. quod nō modo Pici cā dico. Sed quotquot infandū facinus tēptabūt q̄pri/
mū emerſerint occidite. qs. n. iure in Picū ſæuire pōt̄ qui licet hæc cōmētatus fu
erit nō tn̄ edidit. Picus. n. ſi ſupra uixiſſet:nō mō opus hoc nō edidiſſet:uerū im/
pietatis pœnitentia ductus/non ambigo quin oīno cōbuſſiſſet. Vos uero ꝓuinciā
hanc honeſtiſſimā ſuſcipite/armati ſemꝑ eſtote:nobis ſatis ſit præluſiſſe:& qua/
liacunq; ſint quæ ſcripſimus:ut quæſo lector boni conſulas. Vale.

Illuſtri ac excellenti dominæ Catherinæ Sfortiæ de Riario Forliuii ac Imolæ Comiti Lucius Bellantius Senenſis Phyſicus.

MEDICINAM Scientiam abſq; cæleſti fauore ſæpius inanem ac noxiam doctiſſimi uiri iudicarũt:hoc ſæpius Hipocrates: hoc Galenus in creticis aſſeruit:ubi Lunæ & aſtroꝝ affectiones medicos callere deſiderat. Quibus uim tantam tribuit/ut qui negent ſophiſtaꝝ more poſthabendos & deridendos cenſeat.ad eum igitur ꝑtinere duximus qui medicinã aliis oſtendere uelit/aſtrologiam quoq; tenere/ac etiam docere.ubi quum pre cæteris ſcientiis q̃ plurimos ſæpiſſime ceſpitare ac nõnũq̃ ruere cerneremus:ob tectum truncatumq; trudendi modum:quo diuinæ aſtrologiæ parci auctores uſi ſunt:ſtatuimus nouem &nonaginta quæſita(grauiora fortaſſis)abſoluere tentare:a quibus cæterarum difficultatum penderet ſolutio.quæ & ſi practicam aſtrologiam(quã iudiciariã uocant) ſapere uidentur/ſiquis tamen non ſomniculoſe aſpexerit/theorica carere nõ iudicabit.Iudiciaria tamen inſcribatur:ubi multo plures errare uidere eſt.quã turpe eſt medico rerum finem expetenti ignorare:quũ criſis:hoc eſt iudiciũ/ei neceſſaria ſit.Has etiam uigilias meas tibi ſoli excellentiſſima domina multis de cauſis uiſum eſt dicare. Nulli.n.decentius archana principum reſerari poſſunt/q̃ his qui eiſdem principibus cariores ſunt.Quantũ uero omnis Sfortia domus cælis mundi principibus cara fuerit:cunctis apertum eſt. Quantũ præſertim excellentia tua quæ (præter mulieꝝ ingenium) non modo fœminei ſexus culmen attigit.uerũ etiam erexit ad ſydera.rarum quidem:ſpectandum & admirandum:uſq;adeo ꝙ alteri non mediocre onus extiterit.Deinde quis rectius iudicium de re aliqua præbere poteſt:q̃ qui (præter eius cauſas) in ſe ipſo rem illam clariſſimam ſentit? Tua uero excellentia cæloꝝ uires(quas nudas facere intendimus) fœlici quidẽ ſorte iam diu experta eſt.Quis poſtremo iudex cõuenientior haberi poteſt/q̃ qui nõ tm̃ eas/quæ ſibi traditæ ſunt/leges ueneratur & ſeruat:ueꝝ etiam(altius introſpiciendo)alias excellentiores/maioriq; dignas ueneratione condidit? Sic quum cæli quandoq; excellentiæ tuæ minus fauorabiles fuerint/in rebus aduerſis/ingenio ſuo/liberoq; animo/magnam immortalemq; gloriam ſibi parauit/atq; in ſe tranſtulit:pariter ut eidem corpus ſanum:menti ſanæ/quam habet facilius ſeruari poſſet/opus hoc quãtulũcũq; ſit nuper elaborauimus atq; dicauimus.cui reſponſiones anneximus in Ioannem Picum Mirandulam/uirum alioquin & multæ lectionis & multi ingenii:decepti tamẽ in hac re/uel ꝙ ſponte ſua uel ab aliis ſubornatus in aſtrologos ſcripſerit.impium profecto:&(ꝙ pace ſua dixerim)inconſultum inceptum:& hominis:qui quum in hac re non admodum abſolutus fuerit:eo tamen nitatur/ut indoctis & uulgo/eos non uere chriſtianos oſtendere/qui aſtrologiæ operam tribuant.Quod ego falſiſſimũ eſſe & animo & rationibus non ambigo.pium profecto arbitrans aſtrologiam & eius penetralia noſſe:modo quis ut chriſtianus quæ dat accipiat:non peruertat:non abutatur: ut in opere hoc oſtendiſſe/pro uoluminis breuitate crediderim. Plura.n.cõſulto omiſimus:quæ ad tutãdas partes noſtras dici potuiſſent.ſed ne aures tuas ac cæterorum/in re ſapientibus manifeſta offenderem:breuitati(cui ſemp̃ ſtuduimus)

morem geſſimus, Siqua tamen non conuenientia/uel lapſu linguæ/uel aliter forte ſcripta q̃ a me intellecta: ſiqua catholicæ fidei nõ ad unguem conſentanea eſſent (quod contra animum noſtrum eſſet. id. n. intendimus ſemper orthodoxam fidẽ tueri: & pro ea quom opus fuerit uitam exponere. quare in rebus arctioribus Io. Scoto ac diuo Thoma ducibus nauigaui) tu inquam cuncta mea quorſum ten/dant decernes. Subicimus. n. nos noſtraq; omnia/& hoc opus præſertim Beatiſſi/mo. pp. noſtro Alexandro. vi. Pont. max. cunctæq; Romanæ eccleſiæ: ad cuius uel minimum nutum noſtra/& quæ rata & non rata diximus: quæue ſcripſimus/eſſe uolumus. Vale præſidium ac decus meum: fœliciterq; noſtra audi: quæ ſi te unica in terris indigna uideantur: animũ q̃ſo reſpice: nõ munus. Quod ſi tibi nõ ingratũ fuiſſe ſenſerimus: maiora fortaſſe/ſub auſpiciis tuis/propemodũ edentur. Succurrit nãq; mihi Naſonis illud: ingenium uultu ſtatq; caditq; tuo.

**Tabula quæſtionũ & articulorũ huius operis.**


¶Quæſtio prima de ſcientia aſtrologiæ continet articulos quinqꝫ.

An ꝓnoſticatrix aſtrologia fieri poſſit.

An predicta ſcientia ſit habita & ꝑ modum ſcientiæ tradita.

An aſtrologia ſit theorica uel practica.

An aſtrologia mathematicis & naturali ſit nobilior.

An aſtrologia omnis utilis ſit ad diuina cognoſcenda & errores euitandos.

¶Quæſtio ſecunda de cælorũ dominio continet articulos.xii.

An elementa corporibus cæleſtibus ſubiciantur.

An imperfecta mixta lapides & metalla cælis ſubdantur.

An planetæ herbæqꝫ cælis ſubdantur.

An cæli preſint ſenſitiuæ parti.

An cæli predominẽtur rationi: ideſt intellectui & uoluntati.

An cælum ſit uniuerſalis uel particularis inferiorum cauſa.

An totum cælum ad quemlibet effectũ cauſandum concurrat.

An caeloꝝ effectus impediri poſſint.

An ſolo lumine cæli agant in inferiora.

An cælũ ſit cã mali naturalis ſeu penæ.

An cælũ in ſenſus hominis influat quædam quibus ſi aſſentiret ratio ſeu uoluntas eius peccaret moraliter.

An leges & prophetæ ſint a ſtellis & cæleſtibus corporibus.

¶Quæſtio tertia de natura partium cæli continet.iiii.articulos.

An cælũ ſit ſubſtantiæ fluxibilis.

An omnes cæli partes eiuſdem ſint uirtutis & proprietatis.

An omnes cæli partes ſint eiuſdem ſpeciei.ſpecialiſſimæ.

An omnes ſtellæ ſint ſphericæ figuræ.

¶Quæſtio quarta de numero ſpherarum.continet articulum unum.

An octo tantum nouem uel decem ſint ſpheræ mobiles.

¶Quæſtio quĩta de primo mobili & partibus eius.continet articulos.v.

An in primo mobili ſint circuli aliis partibus potentiores.

An zodiaci diuiſio ex natura partium eius aut potius arbitraria ſit.

An ſignoꝝ nomina ratione ſint poſita.

An domus/exaltatiões/triplicitates/termini/facies planetarum in primo mobili ſint firma aut rõne ſtellaꝝ fixarũ.

An in ſphera nona aut primo mobili imagines & quæ & quot ſint.

¶Quæſtio.vi.de octaua ſphera & partibus eius cõtinet articulos.vi.

An imagines octauæ ſpheræ ſint in ipſa ex natura rei uel ad placitum.

An ſtellæ fixæ ſint planetis fortiores.

An effectus aliaꝝ ſtellaꝝ a.M.xxii. ꝙ ignote dicuntur/aliquo modo poſſint predictis notis attribui.

An fixæ ſint mixtæ naturæ ideſt pluriũ planetarũ ſapiant naturã & quare.

An fixæ extra angulos operentur

An fœlicitates a fixis pendentes plerumqꝫ in miſeria terminentur.

¶Quæſtio ſeptima de planetis. continet articulos octo.

An planetæ ſuperiores ſint potentiores inferioribus.

An Luna poſt Solem ſit potentior aliis magiſqꝫ obſeruanda.

An ſol planetas & alias ſtellas cōburat.
An ſol cōburat ſigna & domos in quibus reperitur.
An retrogradatio maximū ſit īfortuniū
An fortiores ſint planetæ in ſuarum dignitatum ingreſſu q̄ in medio.
An planetæ eleuatio in epiciclo potior ſit eleuatione in ecentrico.
An fortunæ peſſimos effectus producere poſſint.

¶Q uæſtio.viii.de ſpheris circa planetas & ſtellas alias: continet artitu.iiii.
An planetæ ceterecꝫ ſtellæ circa ſe ſpheras habeant eiuſdem naturæ cum corpore ſtellæ.
An nota ſit cā cur unius planetæ ſphera maior ſit alterius.
An ſemp eiuſdē ſtellæ ſphera ſit eq̄lis.
An planetæ radios ſolis ītrēt ſcd̄m magnitudinē ſpheræ ſolis aut intrantis.

¶Q uæſtio.viiii. de aſpectibus continet articulos.v.
An planetæ ſe aſpiciāt diſtātia qua cōmuniter ponitur ſcd̄m tenētes diſtantias abſolutas uidelicet.lx.lxxxx.cxx.& clxxx.graduum.
An aſpectus accipi debeant ſcd̄m circulos circūcirca protractos.
An aſpectus in indiuiſibili cōſiſtant.
An aſpect9bōi uel mali ſint natura ſui.uel potius aſpicientium & radiorum tranſmiſſorum.
An boni aſpectus malarū ſtellarū ſemper iuuent/bonarum uero mali ſemper noceant.

¶Q uæſtio decima de anthiſtiis continet articulos duos.
An anthiſtia a gradibus aut plāetis piciantur.
An anthiſtia in qualibet parte paralelli tranſmitti poſſint.

¶Q uæſtio.xi.de coniunctionibus:cōtinet articulos quattuor.
An luminarium coniunctior ſit plurifacienda ceteris aliis.
An poſt luminarium cōiunctionem ea quæ eſt Saturni & Iouis potior ſit aliis ceteris paribus.
An coniunctio medii motus fortior ſit uera cōiunctiōe corpoꝝ ſtellaꝝ aut cētrorū epicicloꝝ q̄ corpoꝝ planetarū.
An in coniunctionis figura gradus ubi ſit coniūctio fortior ſitq̄ oriēs uel medium cælum.

¶Q uæſtio.xii.de domibus. continet articulos quattuor.
An domus ſcd̄ n ptes horaꝝ:quaꝝ poli ſunt poli mundi ſint aliis ueriores: quaꝝ poli in orizonte locantur.
An dom9 oēs ſint duodecī uel plures.
An quædā ſubterraneæ domus quibuſdā ſuper terrā ſint fortiores.
An domus maiorem faciant in ſtellis differentiam q̄ ſigna.

¶Q uæſtio.xiii.de principiis uniuerſalibus.continet articulos quincꝫ.
An poſſit in inſtāti cæloꝝ uis imprimi.
An figura īgreſſus ſolis ī arietē ſit ea q̄ de accidētib9 mūdi iudicare debem9.
An figura ingreſſus ſolis in equatore reſpectu habitantiū ſub equatore aut potius reſpectu uniuſcuiuſcꝫ regionis ſumenda ſit.
Q uot modis ſeu figuris de accidentibus mūdi iudicari poſſit aut plurib9 uiis pluribuſue figuris.
An principales aeris mutatiōes a luminarib9 uel ab altera cā ſumantur.

¶Quæſtio.xiiii.de pricipiis particularibus.continet articulos.xii.
An hominis principium nobis poſſit eſſe notum.
Quæ figura potior ſit cóceptionis uel natiuitatis:
An egritudis principiũ accidẽtiũ eius ſignificatiuũ a ſẽſibili leſiõe uel a ſenſata leſiõe uel ab accubitu ſumi debeat
An cretici dies a luna ſint.
An primi lapidis aut ligni aut alterius partis materiæ artificialis principiũ ſit ſignificatiuum per cæleſtia corpora ſuper res artificiales.
An p interrogatiõis figurã poſſit de re futura aut preterita preberi iudiciũ.
De conditionibus bonæ canonicæq; interrogationis.
An quandoq; cælum ſit mendax.
An interrogatiõis figura ſumi debeat a principio motus ſenſus aut potius ab applicatiõe iterrogãtis ad aſtrologũ.
An interrogantis animus ab aſtrologo cognoſci poſſit.
An horarum electiones hominibus ꝓdeſſe poſſint.
An electiõibus poſſit nõ ſolũ malũ futurũ minui & bonũ augeri ſed ẽt malũ futurũ in totũ auferri & bonũ non futurũ radicibus tribui.

¶Quæſtio.xv.de ſignificatoribus:cõtinet articulos.vi.
An unus ſolũmodo ſignificator eiuſdẽ rei elici poſſit.
An primus ſignificator a naturali uirtute ſignificatiua/aut a loci ſignificatiõe uel preſentia eiuſdẽ ſumi debeat.
An nullis dignitatib9 mutatis ſeu eodẽ almutaz pmanente eiuſdem gradus aſcẽdentis poſſit figura ſic paululum mutata.puta per.x. minuta diuerſos habere primos ſignificatores reſpectu eiuſdem generis ſignificandi.
An idem ſignificator contrarios poſſit effectus in eundem producere.
An ea quæ de alcocoden ſcientia a quibuſdã aſtrologis tradũť rõe dicta ſint
An aliquis planeta poſſit eſſe hyleg.

¶Quæſtio.xvi.de uirtute dirigibili impreſſa continet articulos.viii.
An uirtus dirigibilis in inſtãti ꝓducať in primo mobili p tempus duratura.
An uirtus dirigibilis ĩpreſſa aliquo modo localiter moueri poſſit
An aſſignari poſſit modus quo uis iſta ſic uariis in locis reperitur.
An uirtus impreſſa predicta pluribus motibus ſeu uiis moueri poſſit.
An eiſdẽ modis dirigi debeãt plãetæ retrogradi & totidem modis quibus & directi.
An partes omnes dirigi debeant contra ſucceſſionem ſignorum.
An qlibet uirt9 in aliquo gradu ĩpreſſa zodiaci ad quecũq; aliũ gradũ eiuſdẽ circuli efficaci ꝓfectiõe dirigi poſſit.
An gradus in directionibus tranſeundi tẽpus determinatũ ſibi uelint.

¶Quæſtio.xvii.De partibus. cõtinet articulos duos.
An partibus ſit fides adhibenda.
An pars fortunæ ſemper a ſole ĩ lunam ſumenda ſit.

¶Quæſtio.xviii.de triplicitatibus cõtinet articulos duos.
An domus triplicitatũ ſecundum Albumazarẽ & Alcabitiũ & alios fides habenda ſit aut potius ſecundũ Prole.
An terminoꝝ dominiũ triplicitatis poteſtati preſit.

Quæſtio.xviiii. de mutua colligatione ſequentium & precedétium figurarum continet articulos.ii.
An ſequentes figuræ ſupra precedentes figuras uim habere poſſint.
An precedentes figuræ ſupra ſequentes poteſtatem habeant: & patrum ſuper filiorum genituris.

Quæſtio.xx.de partibus habitabilibus terræ & earum reſpectu diuerſo ad eaſdem partes cæli: cõtinet arti.ii.
An aliqua terræ pars ratione ſuperiorũ influxuum inhabitabilis ſit.
An habitãtibus zonam alteram uerſus polum alterum aſtrorum uires adeo mutentur ut ſimilibus circulorum reſpectibus ſimiles uires ſibi uendicent planetæ.

Finit tabula quæſtionum & articulorum huius libri.

Q uæſtio prima de ſcientia aſtrologiæ.

**An pronoſticatrix aſtrologia haberi poſſit. Articulus primus.**

V Idetur pronoſticatricē ſcientiā aſtrologiā nullo mō ab hoībus
hēri poſſe naturali lumine inuentā. Si qua enī uia ad eā cōſe/
quēdā relinqueret᷑/ea ſola expiētia eſſet:ut cuncti fatent᷑ aſtro
logi.ſed hæc nulla eſt.nō.n.ſimiles effectus ꝓuidere poſſumꝰ/
niſi p ſimiles cauſas/ſimileſq; cæli figuras:ſed eiuſmodi cæloꝝ
habitudines/ſtellaꝝ reſpectus nūq̃ ſimiles ſunt:aut poſt maxi
mū annoꝝ numerū.cū octauæ ſphæræ motuū grātū planetaꝝ/ecentricoꝝ/epici
clorūq; cā:qbus fit ut nr̄i tpis figuræ cæloꝝ antiqoribus iā obſeruatis diſſimiles
ſint. Adhuc totali ac ſufficienti cā ignorata/eius effectus neſciri neceſſe eſt.infe/
rioꝝ aūt effectuū cā totalis & ſufficiens totū cælum eſt:nulla.n.cæloꝝ pars/nul/
laq; ſtella repiri pōt/qn aliā pte/uel ſtellā roboret/aut debilitet/p corpus/uel p aſpe
ctū/directe uel reflexe:quæq; nō in aliquo ſigno ſit/in aliqua domo:& ſic ad ſua
ſignificata cauſanda nō cōcurrat.Ignoramus aūt totū cælū:quū ex īnumeris ſtel
lis/nō caſu factis.M.xxii.tm̄modo etiā impfectā noticiā hr̄e affirment aſtrologi.
Præterea aut hoīs uoluntas eſt libera/cælis minime ſubiecta:aut nō. Si ſic:quū
ea ſit humanaꝝ opationū pricipiū/de actibꝰ hoīum (circa quos pene oīs aſtrolo
gia uerſat᷑) nō poterūt aſtrologi iudicare.ſi nō.ergo oīs electionū ſcia perit:mul
taq; aſtrologoꝝ dicta falſa erūt. Amplius p uniuerſalē cām/pluribꝰ effectibꝰ in
differētē nō pōt aliqs illoꝝ demōſtrari:demōſtratiōes.n.ex ꝓpriis/& cōuertibili/
bus cauſis ꝓcedūt.Cælū uero cā uniuerſalis eſt inferioꝝ effectuū:ex diuerſa nāq;
materia diuerſo mō diſpoſita/idē cælū eodē tpe diuerſa ꝓducit:ex hac ranas ex
illa mures:itaq; in pfectis aīalibꝰ accidit:ut nō ſine particulariū diſponētiū deter
minatiōe/nūc canes/nūc leones generet. Itē ſiqua expiētia reliq̃ eſſet/quū nullius
hoīs uita tot tāq; ardua expiri ualeat/antiquoꝝ obſeruātias cōpēſare neceſſe erit:
ueꝝ ille cōprehēdi nō pn̄t:poſtq̃ eaꝝ auctores/nō ſolum inter ſe/ueꝝ etiā ſibiipſis
mirūimodū aduerſent᷑.palā eſt hoc cōſiderātibus opinionū diuerſitatē/in domi/
bus/in triplicitatibus/terminis/numero ſpheraꝝ/motibus octauæ/naturis graduū/
cōiunctionibus mediis & ueris/reuolutionibꝰ annoꝝ mūdi/interrogationibꝰ/nati
uitatibꝰ.& qd eſt in quo diſcordes nō ſint? Poſtea ignoratis ueris ſtellaꝝ locis/p
eas iudicari nō pōt:quū minima qn̄q; dr̄ia oēm penitus ſignificationē trāſmutet.
inter finē nāq; eiuſdē ſigni/faciei/aut termini gradus &c. & alterius principiū/ni/
hil mediū eſt:quū nedū cōtigua ſed cōtinua ſint. Vera āt ſtellaꝝ loca hr̄e nō poſ/
ſumus:qs enī unq̃ ad digitalē in cælo differentiā ꝑueniſſe fateret᷑?qn etiā eclipſes
tps deſcriptū nō ſeruāt:tabulæ emēdatione indigēt:Martis motus ꝑciſus nō ha/
betur. Rurſus duo ꝑcipue in aſtrologia cōſiderant᷑.primū mūdi reuolutiones.
alteꝝ hominū natiuitates.neutrū aūt hoꝝ nobis cognitū eſt:aut aliqd/cuius me/
dio eoꝝ accidētia ꝓnoſcant᷑.infra nāq; apte oſ̄ndetur/nō eſſe reuolutiōis figura in
greſſus ſolis in arietē:ut modernoꝝ putāt pleriq;. Secūdo patet hoīs pricipiū nō
eſſe exitū ex utero:ſed aut cōceptionē/aut animæ intellectiuæ introductionē.&
enī cōplexio/figura/ſexus/cæteraq; ad hoīs eſſentiā attinētia/aut in cōceptione/aut
animæ infuſiōe cōſequunt᷑:quoꝝ unū materiæ/alteꝝ uero formæ/ac totius cōpo
ſiti initiū eſt.hæc aūt ſunt penitus ignota. Idē oſ̄ndit᷑ ex natoꝝ qualitate.cōtin/

git.n.gemellos oriri qñq; in ſenſibili differẽtia tpis mediã:ut Eſau/& Iacob acci/
dit:quoꝝ tñ cõplexiões/formæ/mores/fortunia/& reliqua/maxie diſſimilia inter ſe
fuere.Alios cõtra maxie ſimiles fuiſſe quotidie expimur/etiã uariis in locis/tpib9
ſemine ortos:diuerſoq; ſanguine nutritos.q̃re ꝙ nec ſimilitudo a cæloꝝ figuraꝝ
ſimilitudine/nec diſſimilitudo a diſſimilitudine ꝓueniat apte cõcluditur.Nec ob/
ſtat ſe minimæ differẽtiæ tpis diuerſitatẽ illã aſtrologi tribuãt:quũ ad illã cõpre/
hendẽdã ꝓuenire nõ poſſint. Addẽdũ eſt nullã differẽtiã aſtrologũ in mediũ ad
ducere poſſe/ſi duoꝝ natiuitates offerãtur/ex locis uariis exactiſſimo inſtrõ/q̃ opti
me calculatæ/in quaꝝ una aſcẽderit.xx.gra.xxx.m̃.geminoꝝ.in altera uero ea/
dẽ die.xx.gra.xxxi.m̃.emerſerit(q̃q̃ maiore dr̃ia/q̃ gemelli diſtant)idẽq; iudiciũ
ambobus eq̃dẽ cõficiet.q̃re ſicut gemellis id minime cõuenit:nec ẽt duob9 cõde/
cens erit. Vlterius ſtellaꝝ uires cognoſci non pñt.ergo nec aſtrologi iudicare.
aſſumptũ oñditur/ nulla.n.ſtella alicubi eſſe põt:qn alterã imo cõplures comites
hẽat/& aſpectu/& corporis pñtia.Sicut igr̃ ſolã ſtellã in loco expiri nõ poſſumus
ita nec ſolius ſtellæ uires cognoſcere.Fortaſſis nẽpe uim/quã huic ſtellæ tribui/
mus/alteri comiti dare deberemus. Præterea ſi ſic:ergo quũ cælum nõ ſit ſignũ
niſi qa cã/omniũ q̃ aſtrologus cõſiderat cælũ erit cã.ſicut ergo motus cæleſtes &
ipm cælũ naturali curſu nõ pñt aliter ſe hr̃e:ita nec inferiora.oĩa ergo ex neceſſi
tate cueniẽt:ꝙ logica naturalis/moralis/& diuina ĩprobãt. Iũge ꝑdictis/nõ poſſe
hoiem attingere/q̃ dei ſunt ꝓpria:futurũ uero ꝓuideri ſolius dei eſt.iuxta illud Ie
remie.Annũciate nobis futura/& ſciemus qa dii eſtis. Sed cõtra eſt ſapientum
magnus numerus & auctoritatis ac expiẽtiæ teſtimoniũ.Auctoritas q̃dẽ nõ ſolũ
aſtrologoꝝ/ſed ꝑipateticoꝝ illud cõprobat.ait.n.Ariſt.iii.de aĩa.Intellectũ eſſe a
corpore/ſeu corporeo organo ſepatum:niſi.n.ſic eſſet:nõ oĩa corpora cognoſcere
poſſet.Intus eni apparẽs extranei cognitionẽ obſtrueret:ſicut color in pupilla de
aliis coloribus iudiciũ ĩpediret.ſi aũt põt oĩa corpora intelligere.ergo oĩum cor
poꝝ uires &ꝓprietates.eſſentia.n.ſubiecti mediũ & cã eſt cognitiõis ꝓprietatũ.
ſicut cõtra accidẽtia cõferũt ad cognoſcendã ſubſtãtiã. Itẽ humanus intellectus
ultima intelligẽtiaꝝ eſt/& ſpiritalis naturæ.Igiť nobilitate ſua oẽm corporeã ſub
ſtantiã ſupat:qa uero ſuũ dñiũ intelligẽtia eſt/cõcludi põt/ipm oẽm ſubſtãtiã cor
poreã intelligere poſſe:& ꝑ cõſequẽs eius ꝓprietates/teſte Ariſt.affirmãte ipm eẽ
oĩa fieri. Præterea q̃to aliq̃s effectus diuinior eſt/ tãto ꝑ altiores cauſas cõgruũ ẽ
illũ adipiſci.Præuidere aũt futura(q̃q̃ in ſuis cãis pñtia)diuinũ quoddã eſt.ergo
facilius & cõueniẽtius ꝑ cæleſtes cãs/q̃ ꝑ inferiores cõſeq poterit. Sũt aũt ſciẽtiæ
cõplures/futura ꝓuidẽtes/infima reſpiciẽdo/patet ĩ ꝓnoſticis medicoꝝ:naturaliũ:
moraliũq; circa agibilia.ſimiliter & in ſcĩa nauigãdi/atq; agriculturæ/& hmõi.
Ad hæc iunge ſi noſter intellectus naturali lumine nõnulla nõ mediocria de deo
aptiſſime demõſtrat:quo magis excogitari nõ põt/q̃ a ſenſibus remotiſſimus eſt.
multo facilius cælorũ uires agnoſcere poterit. Amplius ſiue obiectũ intellectus
nr̃i primũ ſit ens/ſiue rei materialis q̃ditas/cælorũ uirtutes/& ꝓprietates in ſe cõti
net.quũ igiť potẽtia in oĩa poſſit ſub obiecto ſuo cõtenta:quẽadmodũ uiſus in
oĩa uiſibilia ſequeť intentũ. Itẽ cõtra phõs aſtrologiã deridentes arguiť:aut cæ
lorũ ſubſtãtia cognoſci põt/aut nõ.ſi nõ ergo falſo cõcludunt philoſophi ipſam in
ueſtigantes:ſi ſic.ergo a fortiori uires cognoſci poterũt. Vlterius longe diffici/

lius eſt/ſtellaꝝ motus/ecētricos/epiciclos/cōperiſſe/q̄ effectuū inferioꝝ cæleſtes cau ſas(ſæpius obſeruādo)cognouiſſe.ſi eni eiuſmodi circuli in cælo ſint/maximā in tellectus noſtri efficaciā cōcludunt:ſin aūt/adhuc maiorē:quū falſum quoddā cō pererit/omni ueritati cōſonū. Poſtea longe ingenioſius:& mirabilius eſt/cælos/ ſtellas/ecentricos/epiciclos metiri:q̄ illis cognitis ſuos effectus in eas cauſas redu/ cere. Primū nāq; adeo magnū & inopinabile eſt/ꝗ niſi ſenſu cernerent̄ eclipſes: ab aſtrologis ꝑuiſe/atq; ꝑmenſurate.nullus ēt magnus ītellectus id fieri poſſe pri ma fronte aſſereret:uſq;adeo ꝗ pleriq; magno ingenio ꝑditi quū ſenſu ꝑſitia in/ ſpiciūt:quæ aſtrologi uentura ꝑdixere/a demonibus reuelatū putēt.ſed iā demō/ ſtrationibus certiſſimis illud cōcludit̄.multo ergo facilius ꝓnoſticatiōis ſcīa habe ri poterit. Ad primā igit̄ rationē incōtrariū dicendū dicendū eſt/illā cōcludere de pfectiſſima ſimilitudine:ſed qa in uniuerſali prædicunt aſtrologi:ideo præfatā indeficientē ſimilitudinē non requirūt. Ad ſecundā dicendū illā de noticia pfe/ ctiſſima cōcludere:qua tm̄ effectus in generali:ſed in ꝓpria forma/& ſcd̄m omnē modū cognoſcit̄.noſtra aūt cognitio impfecta eſt:queadmodū in aliis ſcientiis ſcd̄m magis uel minus euenit.quare (ut Ptolomeus āmonet) uniuerſalia debent eſſe iudicia:quibus tamē ꝓnoſticari ualemus:quū ea/quæ nobis in cælis cognita ſunt principaliora putent̄ ueluti ſigna duodecim:ſeptem planetæ duodecim do/ mus.fixæq; ſtellæ maioris apparētiæ/& uirtutis.cætera eni tāq̄ ad minucula au/ gētia uel minuētia ſunt.hoc ēt ſubtilis doc.teſtat̄.ii.ſen.diſt.xiiii. Ad tertiā di citur hoīs intellectū/& uoluntatē cæloꝝ uiribus nō eſſe ſubiectā:uerū quū hoīes ſenſus pene ſemp ſequant̄/ad particularia delectabilia magis mouētes/qui ſenſus a cælis(ut infra patebit)īmutant̄.ideo ut in pluribus uera ꝑdicēt piti aſtrologi. q̄q̄ eorūdē potius offīn eſt ſenſus ꝑdicere īmutandos:q̄ homines illos ſequuturos. Ad q̄rtā dr̄ cælū quorūdā effectuū reſpectu eē pticularē cām. quorūdā uero uni uerſalē:ut īfra capi.ꝓprio manifeſtū erit:in his igr̄ quoꝝ cā uniuerſalis ē:uniuer ſalius iudiciū eſſe debet:& q̄tū fieri pōt pticulares cauſæ cōpēſent̄.in cæteris ue ro magis ſpālia cōſiderare poterit. Ad q̄ntā dr̄ ꝗ nec phīam ſpernimus:aut im/ poſſibilē facimus:q̄q̄ eius auctores in cunctis pene principalibus capitibꝰ diſcor des ſint:quære a principiis(miſſos faciēdo antiqores)inter pipateticos qdā mate riā primā hr̄e formaꝝ incohationē.quidā eā eſſe in actu entitatiuo:quidā coeter/ nā q̄titati:quidā uſq; ad illā reſolutionē fieri in generationibus & corruptionibꝰ. alii plures poſſe recipe formas ſubſtātiales aſſerūt.alii ipſam coopari.alii uero in oibus cōtrariū ſentiūt. De elemētis etiā nōnulli putant:formas hr̄e intenſibiles & remiſſibiles.alii in mixto actu remanere.alii uero uirtute tm̄:& nullo pacto intē ſionem aut remiſſionē recipere ſentiūt.& ſi bene cōſideraueris maiorē inter phi/ loſophos cōperies diuerſitatē:q̄ inter aſtrologos.ſicut igitur ſapiens philoſophus falſa a ueris:magiſq; ꝓbabilia a minus ꝓbabilibus in pluribus excerpere poteſt: ita & aſtrologus. Taceāt igit̄ philoſophi qui hoc utuntur argumēto:aut pariter phīam deteſtent̄. Ad ſextā dicit̄ cōcedendo digitalē q̄titatē in cælo a nobis mē ſurari nō poſſe:ſed illa differentiā ſenſibilem nō cauſat:niſi in fine unius aut prin cipio alterius dignitatis extiterit.quod p duas figuras duoq; iudicia:ac eoꝝ ob/ ſeruantiā cognoſcet̄:ut infra q̄ōne de ſignificatoribus.arti.iii.oñdetur.ſicut etiā medici cura tēptatiua procedūt.tabule etiā facilius corrigi poſſunt.facillimū eni

eſt maximis inuentis minimũ quid addere.& ita de martis errore dicendũ.itaq;
eius motus correptus eſt. Ad ſeptimã dicit̃ cõcedendo figurã ingreſſus ſolis in
arietẽ modernoꝝ plerũq; mentes obũbrare nõ autẽ antiquoꝝ:Ptolomei p̄ſertim:
quẽ maximi facio:nec eius dicta cõſiderant.& hinc eſt ꝙ noſtri tpis aſtrologi ſæ
pius in annoꝝ iudiciis fallunt̃.ut infra de principiis uniuerſalibus apparebit.ſed
his qui figurã reuolutionis ignorãt/duo alii relicti ſunt modi iudicandi:per ma-
gnas uidelicet cõiunctiones/quẽ Reuerendus pater ep̄s dn̄s Paulus Theutonicus
excellentiſſimus phũs/ac mathematicus/ac omni genere uirtutũ ꝓditus recto con
ſilio ſequutus eſt.Alius modus per eclipſes & alias coniunctionũ:uel oppoſitio-
nũ luminariũ figuras/reuolutionẽ mundi ĩ medietate ꝓcedẽtes. De natiuitatis ue
ro figura/cõceptionis/& informationis.dicendũ q̃tũ ad ea/quæ nato coeſſentialia
ſunt/per cõceptionis figurã/atq; informationis illi ſimilem/ueluti ex cauſis iudica
re debemus:per natiuitatẽ uero ratione ſimilitudinis/quã cũ predictis hr̃e neceſſe
eſt.ſicut infra in q̃one de principiis particularibus patebit.unde Ptolomeus ad
illam priorẽ ſe remittit.Quãtũ uero ad ea/quæ accidentaliter conſequunt̃/ homi
nis exitũ ex utero/quom.l.ſeorſum uiuere cæperit/obſeruare debemus. Ad octa
uam dicitur/ꝙ ſi in natiuitate geminoꝝ poteſtates ſignificatoꝝ in locis obſeruã-
dis mutate non fuerint:plures ſignificatores per ordinem eiuſdem pene figuræ
electi/ſic natis comparabunt̃:ut primus ſignificator primo nato:ſecũdus ſecun
do tribuat̃/& ſic deinceps.Quare ſi cõtigerit eos eſſe ſimiliter diſpoſitos/gemelli
ſimiles erũt.ſi uero nõ/cõtrariũ:& ſic ratio illa parũ cõcludit. De aliis autẽ ſimi-
libus figuris diuerſoꝝ natoꝝ in locis uariis idẽ elici debet ſignificator:niſi ob mi
nimã illã differẽtiã cauſæ ſignificatoꝝ eligendoꝝ dignitates & poteſtates in locis
principalibus mutarent̃:in quo caſu p duas figuras diſtinctio fieret/ut dictũ eſt.

Et per hæc ſolutio ad nonã rationẽ patet. Ad decimã dicitur negando aſſum-
ptum & approbationẽ/ꝙ effectus ſimilis eueniens ab eadẽ ſtella in eodẽ loco cũ
uariis/ac uariis ſtellis in diuerſis uicibus comitantibus/multo magis talẽ eſſe uim
ſuã arguit:nã ſi mutatis pluribus cauſis/una remanente eadẽ/uel ſimiliter ſe ha-
bente:ſimilis ſequit̃ effectus:opus eſt nõ ab illis quæ mutatæ ſunt:uim illã pro-
uenire:ſed ab ea quæ eadẽ permanet. De fixis uero quære in q̃one ꝓpria:ibi.n.
cõperies qm̃ pacto unius uirtus/ab alterius uirtute diſcernatur. Ad undecimã di
citur ꝙ aſtrologi edocti nõ aſſerũt oĩa ex neceſſitate euenire.Ptolomeus quidem
in quatripartito ait.rurſus nec exiſtimare debemus ꝙ ſuꝑiora ꝓcedant ineuita-
biliter/ut ea quæ ex diuina diſpõne cõtingũt &c.ita de iudiciis uerbo primo aſſe
ruit.dicens.hæc iudicia quæ trado tibi ſunt media inter neceſſariũ & poſſibile.
ideſt cõtingens.& hoc nil aliud eſt.q̃ ea uera eſſe ut in pluribus affirmare cæli q-
dem nõ agunt niſi in diſpoſitã materiã formas imprimendo:aut materiã minime
diſpoſitã ꝑparando.quũ igitur ea deficere poſſit/ac pluribus de cauſis impediri.
cælum quoq; ſua influẽtia poterit.nõ agere.ut.q.ii.infra declarabit̃. Ad ultimã
dicendũ ꝙ ſolius dei futura ut futura ſunt eſt ꝓuidere:ſed ut p̄ſentia ſunt in ſuis
cauſis nõ ſolum circa cæleſtia corpora aſtrologia ꝓuidet/ut eclipſes/retroceſſiões&
& huiuſmodi:uerũ etiã circa mũdi huius inferiora qn etiã ſcientiæ alie cõplures
hoc idẽ participant.ut in rationibus incõtrariũ dicebat̃.Quare optimus ĩmor-
talis deus diuinitatẽ ſuam nos participare apertũ eſſe uoluit:qua inter homines

& bruta maxime intereſt. eā enim p̄teriti aut futuri temporis paululum ſentiunt. homines uero rationis iudicio & p̄terita retinent: & futura ſibi præſentia faciūt.

An p̄dicta ſcientia ſit habita & per modū ſcientiæ tradita. Articulus. ii.

a Pparet qbuſdā aſtrologiā prædictā: & ſi haberi poſſit nō tñ habitā eſſe: nec ea/quæ ab auctoribus ſcripta ſunt per modū ſcientiæ fuiſſe tradita: imo ſummis ꝓbris eā uitio dedere. Omnis. n. ſciētia per demōſtrationē acqritur naturaliter loquēdo: ſed in iſta (quā dicunt aſtrologiā) demonſtrationes nō habent̃. demonſtrator. n. quū ex per ſe notis ꝓcedat/nō interrogat: ſed aſtrologica prædicta nō ſunt per ſe nota/nec ad eadē reducibilia: qnimo a multis dubitata/ac erronea reputata: nullus ēt ſane mētis prima facie naturali lumine/eā haberi poſſe aſſereret. Amplius ſcire eſt rei cām cognoſcere/& qm̄ illius rei eſt cā: & nō cōtingit aliter ſe habere. Eoꝝ uero/quæ in aſtrologia tradunt̃ cauſas nō habemus. quis enī unq̄ cām oſtēdere poteſt/cur retrogradus Mercurius bonos muſicos faciat? quis cur Cancer frigidus/Sagiptarius calidus? quis quare octaua domus mortē potius/q̄ altera ſignificet? & ſic de ſingulis. Secūdo nec habitudinem aut cauſæ dependentiā ad effectum cognoſcūt: itaqꝫ nec qm̄ illius eſt cauſa: poſito enim hanc uel illā ſtellā talem effectū producere: penitus tamē ignorant qbus mediis/aut modis cauſa ſe applicet. Philoſophi autē/ ſi quā ſubſtantiā generari cōſiderent/qualem etiā materiā/qualem eiuſdē diſpōnē formāqꝫ ſubſtantialem concurrere oporteat cōpenſabūt. Tertio ea quæ ab aſtrologis indicant̃ aliter ſe habere poſſunt. teſte Ptolomeo in locis præallegatis. Vlterius ſcientia noticia quædā certa & pfecta eſt. ea aūt quæ in aſtrologia ſciri dicuntur. impfecte quidē (poſtq̄ in uniuerſali noſcūtur) haberi neceſſe eſt: cognitio enī in uniuerſali impfecta/nec in ꝓpria forma/nec ab aliis diſtincta noticia eſt: Vniuerſale enim quoddā confuſum & indiſtinctū eſt. Modus aūt cognitionis de aſtris/& illoꝝ effectibus eſt uniuerſalis/teſte Ptolomeo. uerbo primo libri fructꝰ. Aſtrologus debet dicere rē uniuerſaliter/ſicut qui eminus uidet aliquid. Præterea ſcientia nō eſt ſingulariū: ſed uniuerſaliū: quæ nō ſunt in ſenſu/licet a ſenſibilibus abſtrahant̃: corpora uero cæleſtia particularia quædā ſunt/ac ſenſibilia. igit̃ &c. Poſtea quom iudiciū aſtrologi faciūt aut totū cælum conſiderant/aut nō. ſi ſic oportet illud eſſe cognitum: cuius tamē contrariū fatentur. ſi uero partē tantū conſiderent nil poterūt affirmare uenturū/quū innumeræ cauſæ obeſſe poſſint. Sed cōtra eſt excellentium uiroꝝ auctoritas/ac expientia/quæ illos ad libros cōponendos/canoneſqꝫ comentādos cōpullit/q̄q̄ diligens unuſquiſqꝫ exptor quotidie oculis cernere poſſit ea quæ ſæpiſſime peritos cōplectunt̃. Reſpōdeo dicendo q̄q̄ hæc ſcientia multos habet aduerſarios/quoꝝ quidā zelo chriſtianæ fidei mouent̃ ob quoſdā lætiferos peſſimoſqꝫ errores qui in eius libris cōperiunt̃: quos quidā ætate noſtra adhuc ſequūtur: ut uoluntatē humanā cælis eſſe ſubiectam: cuncta ex motuū cæloꝝ neceſſitate euenire: religiones a cælis eſſe: ex quoꝝ numero quidā (oēm diuinā ſubſtātiā poſthñtes) cælos primas cauſas faciunt: quis ſic ſentientes philoſophi nō ſint nec aſtrologi appellari mereant̃. & iſti quidē aduerſarii/nō ab re partē aſtrologiæ magno odio perſquuti ſunt. Sed ſicut ꝓpter plures hereticas opiniones/quæ in libris naturalis philoſophiæ ſcriptæ ſunt/nō omnis philoſophiæ ſcientia ſpernenda eſt: quibus magis noſtri tēporis philoſophi hærent: q̄ aſtrologi erroribus ſuis/ut mū

dum ab eterno fuiſſe/nullam habuiſſe efficientē cām/infinitis uicibus corruptum & genitū fuiſſe caſu/duo prima principia boni maliq; extitiſſe/deū eſſe finitæ uirtutis/ex nihilo nihil abſolute fieri poſſe/intellectū a ſenſu nō differre/unicū eſſe intellectū in omnibus hominibus/Deū non poſſe indiuiduū ꝑpetuare. unde miſertus animātibus generatiuā uirtutē tribuit. res oēs a prima cauſa ineſſe & conſeruari nō dependere/deum nō curare huius mūdi inferiora. & huiuſmodi cōplura. Ita inter quoſdā in aſtrologia errores incōueniēs nō eſt/reliquas ueritates excerpere/eaſq; cariores apud ſe retinere. Pontifices uero quidam ad pericula fugienda abiciendā dixere/ac ſi quis cū formoſiſſima mulieꝝ orare prohiberet: nō qa oratio in ſe mala ſit. Alii uero ſcientiā iſtam publice uituperāt/ut ueritatis amatores habeant̄/uulgo obſequant̄/oreq; nōnūq̄/quod corde comprobant/deteſtant̄. ſicut etiā cōplures alloquutus ſum hereticas opiniones ꝑdicātes/ut doctiores uideant̄. alii ignorātiæ cauſa/& ingenii imbecillitate/qua ad huiuſmodi ſecreta cōprehendenda nequeūt ꝑuenire lucro aut inani faſtu penitus occupati: alii preſumptione moti ſeipſos adeo magnifacientes: ut totum (quod primo intuitu capere nō pñt) putent eſſe falſum. unde nōnulli adeo temerarii cōperiunt̄: ut magnitudines cæleſtium corpoꝝ menſurari negent. & ſic in uno latere/unius. ſ. extremi. ii oēs (præter primos) locari poſſunt: alii adeo uiribus cæloꝝ cohærent. ut cunctas illoꝝ diſpoſitione metiri putauerint. qui in alio latere & extremo locari merent̄. his extremis relictis. alii tamē qui rudes/ignari/fallaces/a philoſophia alieni/a quibuſdā appellantur/obiurgia poſthñtes/ueritatis quidā ſectatores/poſtq̄ uim oēm corporeā/omnēq; tranſmutationē a corporibus cæleſtibus cauſari cognoſcūt. ſicut etiā inferiores intelligētiæ per ſuꝑiores regunt̄. & qm̄ motus primus/cuiuſmodi eſt motus cæleſtis/cā eſt oīs motus. & qm̄ magis accedit cælum ad imobilitatē/quū ſolo motu locali mobile ſit: qui motus prior eſt/tēpore/natura/& perfectione. & quia ꝓpinquiora & ſimiliora ſunt ſeperatis ſubſtantiis: & quia ſicut ſe habet imobile ſimpliciter ad omnē motū: ſic imobile. ſecundū quid ad motū talem/ſecundum quē eſt imobile: quum autē imobile ſimpliciter omnis motus ſit cauſa. ſequitur cælum omnis alterationis eſſe cauſam. His rationibus prædictam concluſionem aperte cōcludit diuus Tho. aquinas/libro. iii. de catholica ueritate. lxxxii. capi. cōcludunt igitur prefati aſtrologi quodlibet corpus/quālibet uirtutē in materiā immerſam ſcdm operationē corpori unitam/itaq; quodcūq; generabile & corruptibile a ſuꝑioribus corporibus moueri: & alterari: ſicut ordinē uniuerſi decet: quo mundus eſt unus & . ſ. infima ſummis/minima maximis/imperfecta perfectioribus/corruptibilia incorruptibilibus/per ſe uel per accidens regi/atq; diſponi: non tamē neceſſario effectus ꝓducendo/quādoq; enim agentium particularium defectu/aut materiæ ineptia/aut caſu/uel fortuna/aut libera uoluntate diuina/angelica uel humana impediunt̄. ſed ut in paucioribus accidit/ut in omnibus libris teſtat̄ Ptolomeus/nec putant peritiores aſtrologi cælos poſſe (niſi per accidēs) in intellectum/aut uoluntatem: quū incorporea/& in materialia ſint. per accidens tamē ſuadent/atq; inclināt per motus. ſ. quos cauſant in ſenſus. hoc idē diuus Thomas aquinas cōfirmat in ꝑdicto libro capi. lxxxii. & . lxxxiiii. Damaſcenus. alii/& alii planetæ diuerſas complexiones & habitus & diſpoſitiones in nobis conſtituunt. & ideo diuus Thomas ex ꝑdictis infert. q̄re indirecte corpora cæleſtia ad bonita-

tem intelligẽtiæ operãtur: & ſic ſicut medici pñt iudicare de bonitate intellectus ex corpis cõplexione: ſicut ẽt Ariſt.ii.de aĩa ex carnis mollitie:tãq̃ ex dipoſitiõe proxima:ſic aſtrologus ex motibus cæleſtibus de eodẽ poterit ſicut ex cã remota:itaq; patet Thomã ab aſtrologis nõ differre:niſi q cælũ ſemp cãm uniuerſalẽ. nec unq̃ particularẽ tenet.aſtrologi uero ipſum in multis pticularẽ eſſe cãm opinant. Deinde uerificari dicit p ea q̃ dicta ſunt uerbũ Ptolemei.xxxviii. de mercurio in ſaturni domo dante bonitatẽ intelligẽtie: ex quibus Thome uerbis & ĩ aliis locis multis dictis ab eodem tria elici poſſunt.primũ q cæli influant in omnia corpora per ſe in intellectũ per accidẽs. Deinde q per eos influxus iudicare poſſumus.Poſtremo uerificatio uerbo℞ & canonũ Ptolemei quem: allegando rationibus comprobat.ſic igi.qui cælo℞ influxus negãt errores ſolum multorum iure redarguere principaliter intendunt:non.n.diuum Thomam aquinatem & Scotum.ii.ſen.diſtin.xiiii.Ariſt.ii.de generatione: & alios reprehendere auderent:qui hæc omnia confirmant:igitur non erubeſcimus Ptolemeũ uirũ excellentiſſimum ueluti ducẽ allegare & principem imitari.Cælo℞ igitur uiribus ſic ĩ cõfuſo cognitis antiqui ueritatum amatores rerum altio℞ cognitiõe ſe nutriẽtes ſtellarum motus obſeruare cæperunt:maximam quidem puinciã ſuſcipiendo omnibus relictis ſpretis atq; poſt habitis ſummo cum labore ac diligentia longe altius tendẽdo q̃ qui apum aut aliorum animalium obſeruabant pprietates: quos motus preter multorum opiniõem ubi comperierũt nil prohibere potuiſſe putarũt quin eorum uires in inferiorem mundũ facilius cognoſcerent quãtoq; magis experientiã ſequebantur tãto plures maiores incredibiliores uirtutes comperiebãt. Deniq; cum Ariſto.inferiorem mundum a ſuperiori contiguo gubernari ſenſerunt qa uero naturalis philoſophus ut naturalis ẽ nõ niſi ad generalia quædã omniq; cæleſti corpori competentia ſe applicare põt aut ſi ſe applicet ĩn perfecto mõ cognitionem attingit:quemadmodũ de maris fluxu & refluxu Albumazar. egit quom in lunã reduxit:nec.n.cur maria quædã in breuiori alia in longiori tẽpore fluãt & refluant cãm oſtendit:cuius qdẽ rei occaſio ẽ q cælo℞ uires p pticularia loca ſigna partes cæli lineas circulos puncta retroceſſionẽ ſtationẽ directionẽ & huiuſmodi non mediocrem mutationem recipiũt: quæ oĩa mathematicas ſapiunt:quam ob cauſam alteram ſcientiam ad iſta cõtemplanda neceſſe fuit comperire:quæ non naturalis non mathematica eſſet:ſed utriuſq; ſaperet naturã: poſtq̃ naturale ſubiectum mathematica formalitate cõtrahit:ſicuti perſpectiua & muſica formalitate naturali determinant:quibus ingẽtes grãs nõ ob iurgia: referre nedũ agere debemus poſtq̃ alitiſſimas ac difficillimas qõnes adeo accurate abſoluerũt ut uix id hũana uirtute fieri potuiſſe credat Ariſto.n.in metaphiſica gratias agere nos admonet:nõ ſolũ iis qui ueritatẽ reliquerunt expreſſam:uerũetiam iis qui dubitationes mouerunt. Eſt igit dicendũ:aſtrologiã eſſe ſciam cunctas habens condititiones ad ſcientiã requiſitas:habet quidẽ unũ genus ſubiectum ſcibile ut ſupra.i.corpus cæleſte ſcdm q per diuerſas cæli diſtãtias numeros motuũ figuraſq; diuerſas loca puncta lineas & huiuſmodi uarios effectus in nos producere poſſunt:quæ cuncta per unũ nomen expreſſa forẽt ſi noĩ fuiſſet impoſitum ad ea ſignificanda:ex qbus ſequitur aſtrologiã ſcientiam mathematicam magis q̃ naturalem eſſe:quum a forma potius q̃ a materia iuſtũ ſit denominari: contra

de perſpectiua & muſica cenſendum eſt. Ex quo ulterius ſequitˀ nõ debere ratio nes aſtrologoꝝ adeo a phis flocifieri/quom non mere naturales percipiuntur: ſi/ cut enim ſcientia ipſa aſtrologiæ media inter predictas eſt: ita & ſubiectum ac eti am demonſtrationes. Conabor autẽ in ſequentibus ſpeculationibus naturalibus (quãrũ materia ipſa ſuſtinere poterit) adherere: aſtrologicas nõ relinquẽdo: ut cũ ctis apertum ſit etiã illas aſtrologis nõ deficere: utq̧ libentius aduerſarii taceãt. Habet ẽt predictũ ſubiectũ principale ſubiectiuas partes cõplures & paſſiones ĩ numeras: legat unuſqſq̧ Ariſtotelis codices cæterorũq̧ philoſophoꝝ: de cælorũ proprietatibus/& quãq̃ philoſophica conſideratione ſufficiẽter materiã (ut huma na ratio expoſtulat) euacuauerint: ſi tamẽ conſcientiæ nõ aduerſentur: fatebuntˀ qdẽ multo pauciora de cæleſtibus corporibus/q̃ de infimis cõſideraſſe: quũ igitˀ non pauciores ꝓprietates & uires de nobiliore corpore contẽplari poſſit & debe at illas per alterã ſcientiã cognoſci opus eſt nõ enim ad eas cõphendẽdas natu/ ralia tãtum principia ſufficiunt: ſed mathematicis & experimentis uti neceſſe eſt: & quamq̃ non explicite aſtrologiæ auctores demonſtrationibus uturˀ: unicuiq̧ tamẽ mediocris ingenii q̃ facillimũ eſt illas in modo & in figura redigere: ſi quis enim dixerit ſocratẽ loquacẽ eſſe quoniã in eius genitura mercurius ĩ martis do mo reperiebatˀ: quom preſertim in aſcendente atq̧ ariete conſtitutus fuerit: eam ſentẽtiam ſic ſillogice figurare poteſt. cuiuſcunq̧ natiuitatis mercurius ſic ſe ha/ buerit &c. natus eius &c. huius natiuitatis predicta ſic ſe habent: igitur &c.

Ad primam igi. dicendũ/ꝙ quædam manifeſta ſunt oibus quẽadmodum mathe maticarum principia & ſcientie cois: quædã uero ſapientibus tm̃ ſicut ſolẽ cõplu reſq̧ ſtellas maioris eẽ magnitudinis /q̃ tota terra aut dicamꝰ quedã manifeſtiſſi/ ma ſũt abſolute quedã ĩ genere. Itẽ q̃dã demõſtratio potiſſima ẽ quedã minime Ariſto. aũt demõſtrationẽ potiſſimã ĩtellexit: priaq̧ pricipia ĩdemõſtrabilia actu ĩngrediẽtia demõſtratiõe: q̃ ſi fuerit ſcie cois/abſolute per ſe manifeſta erunt ſi ue/ ro particularis/in eadẽ ſcia manifeſta erunt: hoc ẽſt/nihil in ea manifeſtius erit q̃q̃ a ſuperiori ſcientia claritatem ſuſcipiant. Ad ſecundã dicitˀ ꝙ aſtrologi cogno/ ſcendo motus/proprietates/figuraſq̧ cæloꝝ/&c. cognoſcũt etiam cãs effectuum quos demonſtrant: per cauſas. n. agẽtes diſcurrunt ꝓportionata materia ſemper ſubintellecta: aiunt. n. ſiquis natus fuerit &c. ſiquid ſubiectũ tali ſigno uel ſtellæ fuerit &c. Itaq̧ cũ conditione loquũtur nec oportet eaꝝ cãꝝ quærere cauſam ſi/ cut nec quare ignis calefaciat. pariter cæleſtia corpora/hæc uel illa ꝑducũt/ quia talẽ habẽt uirtutẽ qualẽ ab agente primo habuere: cognoſcũt ẽt ꝙ illoꝝ effectu um ſunt cãæ/q̃d nihil aliud eſt/q̃ cognoſcere hãc uel illã cãm huius uel illius effe/ ctus eſſe cãm: & quãq̃ quæ dicuntur in argumento de appellatione ꝑdicta iuxta mentẽ Ariſt. nõ ſint/adhuc dicendũ contra aſtrologos ꝑdicta nõ eſſe: nam ea me dia latenter ꝑ illos in uariis locis exprimuntur: media. n. quibus agunt aſtra ſunt motus: de quo uberrime ꝑtractãt. lumẽ q̃d in naturali phia cõſideratũ ſupponũt influentia quam ꝑ effectus oſtendunt ac ſi dicerẽt magnes ferrũ attrahit: per hoc enĩ ſcimus magnetẽ agentẽ/ferrum patiens: & attractiuã uirtutem mediam eſſe quã loco influentiæ intellige: Aliud eſt figura: de qua habunde pluribus in locis notitiã tradunt: & licet quæ per aſtra cauſantˀ aliter ſe habere poſſint: de contin/ genti tamen/ut in pluribus ſcientia eſt. quẽadmodum moralis teſtatur deinde ſi

preſuppoſita materia ſubiecta côuenienti/aſtrologi loquunť : q̄ cócludēt ex par/
te cæloꝝ ꝓculdubio euenient:ſicut licet neceſſariū non ſit/a.ignē.b.aquā calefa/
cere:ſi tñ fuerit debito mō.a.ipſum applicatū ipſi.b.ex hac ſuppoſitione neceſſa
rio aget in.b. Ad aliā dr̄ ſciam in uniuerſali eſſe pfectā/& ſi in ſpeciali uel min⁹
uniuerſali cæteris paribus pfectior ſit:perfectū quidē poſitiuū non ſuperlatiuū.
eſt. Ad penultimū dr̄ in rebus particularibus abſtractionē non eſſe neceſſariā li
cet poſſibilē:de particularibus ēt incorruptibilib⁹ ſcia eē pōt:quinimo iuxta no
minaliū ſniam de corruptibilibus particularibus per enūciatiões neceſſarias ſcia
eſt.In aſtrologia uero qñq; abſtractio fit:ut quom dr̄ quæcūq; fortuna dignitate
ſua ṗdicta fuerit/potētior q̄ in caſu ſuo cognoſceť:itaq; in multis aliis accidit ſæ/
pius ēt nō fit abſtractio:ut cū de marte ſingularē effectū deſcribūt/aduerte tñ ab
ſtractionē fieri poſſe/& reſpectu inferioꝝ & ſupperiorū corpoꝝ. Ad ultimā dr̄
in confuſo cognoſci poſſe totū cælū/effectus.n.maioribus ſtellis attributi/propin
qs etiā augētibus uel minuētibus tribui debēt/ſi uero ptes conſideremus diſtīcte
cognitas:dicitur obſtaculorum compenſationem eſſe neceſſariam/quæ tamen au
gentia uel minuentia ſunt:quam compenſationem ſi quis non preui derit/ aſtro/
logus appellari nō mereť.

An aſtrologia ſit theorica uel practica. Articulus.iii.

u Ideť ꝙ tota aſtrologia ſit ſpeculatiua. Quælibet.n.ſcia hitus ſpeculati
uus eſt:teſte Ariſt.vi.ethico.Aſtrologia uero tota ſcia eſt:ut ex ſupradi
ctis patuit:ergo tota ē ſpeculatiua ſeu theorica. Præterea practica ſcia
illa eſt cuius finis eſt extrinſeca opatio/nō īmanens/ſed trāſiens. Finis aūt aſtrolo/
gie nō eſt aliquod opus extrinſecū ſed tm̄ futuri cognitio.ergo &c. Adhuc cer/
tū eſt partē aſtrologiæ theoricā eē:ea.ſ.quæ de magnitudinibus & planetarū mo
tibus cōſiderat:uñ & theorica planetaꝝ cōi noīe appellať:ſi ſic:igi.oīs aſtrologia
theorica ē:cōſequtio declarať:nā ſicut actio intrinſeca/& actio trāſiens diſſimiles
ſunt.ita & theorica & practica:partes aūt ſcientiaꝝ ſunt inter ſe ſimiles qm̄ con
nexionē & dependentia habent:theorica igitur & practica non ſunt eiuſdem ſciē
tie partes.& ex conſequenti oīs aſtrologia theorica eſt ſi ps eius ſpeculatiua eſt.
Rñdeo dicendū ꝙ practica eā ſcientiā ſignificat/cuius finis ē praxis.Theori/
ca aūt ſeu ſpeculatiua eā cuius finis in quē ordinať ē ſpeculatio.Praxis aūt ſigni
ficat idē/ꝙ humana opatio ſcd̄m lectionē:ſiue opatio exiſtens in ptāte noſtra trā
ſiens ēt ſpeculatio aūt actio ītellectus ē nō in praxim ordinata. Vlterius aduertē
dū eſt ſciam practicā tripliciter ſumi poſſe.Vno quidē mō coīter:& ſic oīs ſcien
tia q̄ finaliter ordinať ad opus practicū:aut mediāte aliquo eiuſdē aut alteri⁹ ge
neris practica dici pōt:itaq; ꝓbabiliter teneri pōt oēm humanā ſcientiā eē practi
cā:quū quelibet talis in hac uita mediate uel īmediate ordieť ad op⁹:puta ad feli
licitatē:aut aliquid in ea oportunū conſequendū:bonaq; opa pficiendo: uirtutes
morales uberius cōplectendo:uicia deteſtādo deū corde/ore/ & opib⁹ laudando.
Secūdo ꝓprie & ſic oīs ſcientia quæ finaliter ordinať in praxim/uel ordinabilis
eſt per aliquid ſui generis(& ſi modū operādi nō doceat aut precipiat) practica
dicitur:quomō omnem medicine ſcientiam practicam eſſe dicendū ē: pariter ēt
omnis aſtrologia practica eſt:quū ambe in praxim uel ordinentur uel ordinabi/
les ſint per aliqd ſui generis:uidelicet p alios uere practicos habitus q erga ṗdi/

ctã dependentiã habẽt. Tertio mõ ꝓpriiſſime & ſic ſola ſciẽtia quæ uel docet modũ operandi/ueluti medicine pars practica/modũ docens medicandi uel precipit opationẽ ſicut ars militaris: uel theologie pars: uel etiã moralis/uere dicit̃ practica: itaq; dico partẽ aſtrologie practicam eſſe: quũ doceat operãdi modũ/quo bonũ augere malũ minuere poſſimus. iuxta ptolemei ſniam uerbo. v. libri fructus ſicut ẽ pars electiones docẽs multeq; alie ptes in ꝓnoſticatrice aſtrologia: partem uero ſic nõ eſſe practicã: ſicut planetaꝝ theorica: & alia huiuſmodi. Speculatiuũ ẽt triphariã ſumi põt. Primũ coĩter/ſicq; ſcĩa oĩs per demonſtrationẽ acqſitã ſiue in praxim ordinet̃ ſiue nõ/ ſiue modũ p̃cipiat opandi/aut doceat ſiue nõ/ſpeculatiua dicit̃: & ſic quælibet ſciẽtia theorica eſt: quũ unaqueq; per demonſtrationẽ acqratur. Secundo ꝓprie: itaq; oĩs ſcĩa q̃ non p̃cipit/aut docet modũ opandi: ſpeculatiua dr̃: & ſic aſſerendũ ꝙ ſicut in medicina ps q̃dã ſic theorica ẽ/quedã uero nõ. quũ quedã ps modũ doceat opandi/alia uero minĩe/ſic aſtrologie ptes ſe hñt. Tertio mõ ꝓpriiſſime & ſic oĩs ſcĩa quæ nõ ĩmediate uel mediate p aliqd ſui generis in praxim ordinat̃: nec modũ p̃cipit aut edocet operãdi theorica dr̃: queãd modũ methaphiſicã ſpeculatiuã appellamus/licet. n. per alias ſciẽtias/ & media q̃dam in opus ordinari poſſit: non tñ per aliqd ſui generis: mediate uel ĩmediate. Ex dictis patet/nõ inconuenire eandẽ ſcĩam diuerſo mõ ſumẽdo practicũ & ſpeculatiuũ/eſſe & ſpeculatiuã & practicã cõcludendũ igi. ꝙ coĩter loquendo de ſpeculatiuo & practico/quelibet ſcientia ſpeculatiua & practica eſt. Proprie uero/q̃dam ſcĩa tota ẽ practica: ſicut medicina & aſtrologia quedã tota ſpeculatiua/ut mathematica & naturalis/aut methaphiſica: nec aliqua iſtaꝝ propriã denominationẽ oppoſitã ſuſcipit: quo modo/ neceſſe ẽ ut ſi pars ſcĩe cuiuſdam practica fuerit/pariter & totalis ſcientia: ꝓpriiſſime uero loquẽdo de practica ſicut quædam medicinæ pars practica eſt/quædam minime. ita & in aſtrologia euenit: ſed propriiſſime theoricũ ſumendo ſicut nulla medicine ps theorica ẽ: ita nec aſtrologie.

Ad primã igit̃ in cõtrariũ dicẽdũ. ꝙ cõcludit de ſpeculatiuo cõmuniter dicto non autem proprie/aut propriiſſime.

Ad ſecundam: negetur maior propoſitio: poteſt enim aliter ſumi practicum: ſicut de facto iam ſumptum eſt. Deinde dicitur minorem eſſe falſam: docet quidem modum aſtrologia ut bonum augeatur/& abundantius habeatur. malumq; a nobis in totum/aut ex parte ſemotum fiat: ut ſuperius patuit.

Ad tertiã dr̃ negãdo primã cõſecutionẽ & ad eius oñſionẽ neget̃ maior/& cõſecutio. Actio. n. tranſiẽs & ĩmanẽs ĩ genere ſuo aſſimilant̃ cũ ambe perfectiones ſint/nõ ſolũ una agẽtis/altera patiẽtis: ueꝝ ẽt utreq; ipſius agẽtis: agẽs. n. inq̃tum agit perficit̃. Cõſecutio ẽt peccat/nã theorice & practice ſimilitudo ob alias cauſas procedere põt q̃ ob finẽ ipſum/practicum & ſpeculatiuum.

An aſtrologia mathematicis & naturali ſit nobilior. Arti. iiii.

PVtãt nõnulli aſtrologiã ſciẽtiã mathematicis & naturali eẽ ignobiliorẽ: aut ſaltim altera illaꝝ. Quãto. n. aliqua ſcĩa certior ẽ/tãto nobilior: quũ ſcĩa nil aliud eẽ uideat̃ q̃ per cãm certa rei cognitio/ſicut & teſtat̃ Ariſt. prio poſterio. Mathematice aũt certiſſime ſũt: quũ primũ gradũ certitudĩs obtineãt/& naturales ſequant̃ eas: igi. &c. Itẽ nobilior ẽ ſcĩa/q̃ neceſſariorum eſt cõſideratrix q̃ ea quæ in pluribꝰ cõtingẽter euenientiũ. Mathematicæ autẽ & na/

turalis uniuerſalia incorruptibilia cõſiderãt/quæ ſunt ſemp & ubiq / & neceſſaria quædã. Aſtrologica uero ut in pluribus eueniẽtia: pcipue pnoſticat: ix/ut aſtrologi teſtant. Alia uero ps/quæ de magnitudine & planetaꝝ motu conſiderat neceſſariũ minime cõcludit: qm̃ largo mõ/& ſolũ prope ueritatẽ non ipſam ueritatẽ preciſam oſtendat. Amplius pfectior eſt ſcientia cõtracta/ſuperior/ ſubalternans q̃ cõtrahens/inferior ſubalternata. phia naturalis reſpectu aſtrologiæ ſuperior/& cõtracta eſt: igi. &c. Maior patet quũ principia inferioris ſũmant ſuæ ueritatis cauſam a ſuperiori ſcientia. Minor etiam eſt per predicta ſatis euidens. Poſtea quũ fieri nequeat/ut due ſcientie totales eiuſdẽ ſint perfectiõis: una erit altera pfectior. media ergo inter extremas pdictas ſciẽtias opportebit eſſe altera iperfectiorẽ mediũ nẽpe utrorũq; extremoꝝ naturã ſapit: itaq; perfectionẽ mediã obtinet. ergo ſaltim erit aſtrologia/aut mathematicis/aut naturali impfectior. Preterea nobilior ẽ ſcia quæ de nobiliori ſubiecto cõſiderat: ſed phia naturalis de primo motore efficiẽti/primoq; mouẽte rõne finis amati. ſ. & deſiderati cõſiderat/q prima cã eſt. Aſtrologia aũt ſolũ de corpore cæleſti moto/& qdam ignobiliori igitur &c. Poſt hæc ea ſciẽtia pfectior & nobilior ẽ quæ plura cõſiderat/aliis paribus. phia aũt naturalis/& cæleſtia corpora/& oĩa/inferiora ſpeculatur. Aſtrologia uero & ſi corpora cæleſtia intueat/pauca tñ inferiora diſcernit: quia ea tm̃ quæ ad uſũ hominũ ueniũt/ergo idem quod prius. Rurſus nobilior ſcia eſt quæ ſubſtantiã alicuius ſubiecti cõſiderat & pprietates & accidentia: quãq ſolũ accidẽtiã: ſicuti nobilior ẽ ſubſtãtia/& prior accidẽte/& natura/& perfectiõe. Aſtrologia uero i corpore cæleſti tm̃ pprietates ſpeculat/nõ aũt ſubſtantiã: cuiuſcunq; enim ſubſtãtie fuerit: ſimplicis aut cõpoſitæ: corruptibilis uel icorruptibilis: dũmodo hos uel illos effect9 p eã cognoſcat uẽturos iã defuncta ẽ: ueꝝ phia nõ ſolũ pprietatũ & accidẽtiũ: ſed ẽt ad ipſius cæloꝝ ſubſtãtiæ cognitionẽ accedit. Adde q pfectior eſt ſcia & nobilior quæ oẽs cãs conſiderat ſeu oĩa cauſaꝝ genera/ & p oĩa illa demõſtrat/quãq p unũ gen9 tm̃/ſed naturalis q̃ttuor cauſaꝝ generib9 & p cõſequẽs oibus utit: aſtrologia ſolo genere efficiẽtis cãæ igi. &c. Cõſequentia nota. maior oñdit/quũ certitudo & ſcie nobilitas a cã pcedat: quãto plures effectuũ cauſas conſideraueris/tanto: maior erit certitudo: & nobilitas: minor nota: igitur &c. Preterea cũ ſpeculatio nobilior ſit opatione: ſcia ſpeculatiua nobilior erit ſcientia practica/& pariter quæ maiorẽ obtinet ſpeculationẽ nobilior erit. Naturalis aũt ſciẽtia proprie loquẽdo/tota ſpeculatiua ẽ. Aſtrologia uero partim practica partimq; ſpeculatiua exiſtit: ut ſupra oſtenſum eſt: igitur &c.

Reſpõdeo dicendũ quãuis prĩo de aĩa Ariſt. alterã ſcientiã eẽ altera nobiliorẽ teſtet. aut propter demõſtrationis certitudinẽ maiorẽ: aut pp materiæ de qua cõſideratio eſt maiorẽ nobilitatẽ: preter has tñ cãs/aliæ cõplures aſſignari poſſunt. quãq pdicte potiores ſunt. Sed anteq̃ ad noua accedamus cõſiderandũ ẽ: qđ cuncti phi cõfirmant/nobilitatẽ ſubiecti (qua ſciẽtia nobilior efficit) nõ eſſe materialem/ſed formalẽ. nobilior. n. ſcia de deo ẽ/ut oĩum creator/infinitæ potentie: quã de ipſo ut motor: ſimiliter pfectior ẽ ſcia de ſepatis ſubſtãtiis/ quantũ ad earũ eſſentiã/qua metaphiſicus conſiderat: q̃ de eiſdẽ ut motores orbiũ/& ſic de aliis: ſed ſi recte cõſiderent predicta tria cauſarũ genera tãgũtur: uidelicet materia/ forma & efficiẽs/puta diuina ſubſtãtia/tali formalitate cõſiderata: & demõſtrationis ge/

nus:igit̃ ſupereſt quarta/q̃ cæteris ignobilior eſſe nõ ſolet/uidelicet finalis cauſa.
Duplex aũt finis ſcientiaꝝ cõſiderari põt ꝓximus.ſ.& ultimus ꝓximus qdem ſci
entis ornamentũ eſt:ultimus ut eo ad fœlicitatẽ ſe applicet. Præterea preter p̃di
ctas cãs eſſentiales/multæ accidẽtales nõ paꝝ ſcientiæ dignitatẽ augẽtes cõperiũ
tur.ut ſcibiliũ multitudo:cæteris enim paribus nobilior ẽ ſcia quæ plura conſide
rat:unde & dei ſcia cuncta cõplectitur qa pfectiſſima & nobiliſſima ẽ. Secunda
cã eſt ſcibilium occulta & paucis reuelata ueritas. Tertia cognitorũ difficultas.
Quarta altitudo/& diuinitas/quã ſcia de ſciente demõſtrat:queadmodũ ea quæ
ad regem ſpectare uident̃/nobiliora apparent illis/quæ ad ſeruos pertinent con/
ſiderare:& ſi qñq; æqualis perfectiõis exiſtãt. Quinta modus ſciẽdi/ mõ pfectiſ/
ſimæ ſcientiæ magis ꝓpinquus. Sexta ſcientiæ utilitas. Ad ꝓpoſitũ igi.redeun/
do/nulli dubiũ eſſe põt/aſtrologiæ ſubiectũ lõge nobilius eſſe his quæ mathema/
tici cõſiderant:in parteq; theorica aſtrologicæ demõſtrationes/aut æquã/ aut pau
lulũ minorẽ habere efficaciã/his quibus utunt̃ mathematice.eſto aũt ꝙ ꝓnoſti/
catricis partis demonſtratiões æquales nõ habeãt uires:in oĩbus tñ quæ ſubiun/
gam mathematicas ſupant:naturaliũ uero cõperatione haud dubiũ ẽ/partis theo
rice rationes longe clariores exiſtere:partis uero practice ſic antecellere : qm̃ ſub
iectũ ipſum nõ paꝝ formalitate ſua excellentius haberi debet: queadmodũ & ea
(quoꝝ rõne aſtrologia cæleſtia cõſiderat)longe diuiniora ſũt:ut ſupra oñſum ẽ.
rõne etiã finis potiores exiſtunt:quum illis & magis humanus intellectus pficia/
tur/& quietet̃: pariterq; cunctis modis facilius fœlicitatẽ cõſequi poſſit:eodemq;
modo p̃dictis accidẽtalibus cauſis aſtrologica p̃ſtant:ſi.n.de uirtutibus ſuper cæ
leſtiũ loqui noluerimus:quis ambigere poterit multo pluriũ de corporibus ſupe
rioribus aſtrologiã noticiã tradere/q̃ philoſophiã?ſi uero humana & infima corru
ptibilis mundi pẽſauerimus/quid reperiri põt aſtrologiæ canones uirtutẽ effugi
ens?nihil.n.eſt quin & hominũ reſpectu & ſui rõne ſub aſtrologica cõſideratiõe
quo mõ cõtineri poſſit:quin ẽt cõplura præuidet/quæ nulli alteri ſciẽtiæ cõgru/
um eſt intelligere:ſi uero ſecundã accidentalẽ cãm conſiderauerimus: haud dubi
um eſt/longe occultiora cæteris quæ aliæ ſciẽtiæ ſpeculant̃ aſtrologica arbitrari.
ſi difficultatẽ añ oculos habuerimus.quis exitat difficillima eſſe/quæ ſcia iſta in/
tuet̃?uſq; adeo ꝙ eius aduerſarii/eã nullã eſſe affirmare nõ erubeſcant: quom ue
ro ſequentẽ in ordie cãm ꝓpoſuerimus/nudũ erit oĩbus mortales p eiuſmodi ſciẽ
tiam diuiniores effici:nil quidem diuinius eẽ põt q̃ cæleſtia corpora ac motus &
paſſiones metiri:hic nempe facile haurire poſſumus/cæleſtis nature nos eſſe par/
ticipes:diuinæ ꝓprietatis:ĩmortalitateq; cõplecti:poſtq̃ in cælis naturali lumine
noſtra quoq; cõuerſatio eſt. Sũme deinde ſequẽtẽ penultimã cãm. & quidẽ aptũ
erit/ſcientiã iſtã preponendã eſſe.ſolus.n.deus futura/ut futura ſunt/ſibi preſentia
facit/cælos ĩmutat/atq; metit̃:quoꝝ aſtrologia emulatur excellentiam. Poſtremo
utilitatẽ conſideremus/& nullã equidẽ ſcientiã aſtrologiæ æqualẽ comperiemus
nã ſi animi utilitatẽ quæſierimus.quæ facultas(naturali uirtute inuenta)ad cæ/
leſtiũ diuinaꝝ ĩmortaliũq; ſubſtantiaꝝ amorẽ magis nos trahere põt?quum hæc
ſola miram cæleſtiũ magnitudinem/incredibilem ſuperioꝝ motuũ uelocitatem/ĩ
ferioris mundi regimen.& p cõſequens dei altitudinẽ/& ineffabilẽ uirtutẽ oſten
dat.deniq; hæc ĩfima ſupioribus cõperanda nõ eẽ demõſtrat:hac uſq; quaq; cælũ

nos ſuis uirtutibus afficiat/agnoſcimus:quoq; mō interiorē hominē nō attingat.
alias electionū regulas non traderet:itaq; prædictis/quis hoīs ſit ſtatus facile cō/
cludi pōt:eſt.n. mediū/quoddā inter ſubſtātias ſpiritales & corporeas/utrūq; ex/
tremū participans:quare microcoſmos dictus ē.i.paruus mundus:quū eſſe cum
inanimatis/uegetari cū plantis/ſentire cū brutis/intelligere cum angelis contineat
& q̄uis phicis conſideratiōibus idem cognoſci poſſit:non tñ tam aperte:tāq; cla/
re conuincit̄:aſtrologus quippe apte comprehendit & ſupponit/cælorū dominiū
in rebus corporeis:intellectus uolūtatiſq; libertatē:nullus quidē ſane mētis igno
rat/inclinantibus celis & ſenſibus inſtigantibus/uim quādā i ſe cōtinere p̄dicto in
fluxui repugnantē:qđ tanto lucidius quāto nō ſolū rōne ſed experientia ꝑcipit̄.
ſi uero tēporalia quæſierimus quæ utilior ſcīa haberi pōt:nā & corporum huma
norū ualitudines/aduerſaſq; fortunas cætera quæ hoībus accidere poſſunt præ/
uidet.hac nocua euitari quæūt/augeri futura bona & uberius participari:ſic igi
tur diuinā aſtrologiā iure predictis ante ponemus:demonſtratiōes ſiquidē partis
theorice mathematicā efficaciā habent/partis uero ꝓnoſticatricis ſup magiſtra re
rum experientia fundant̄:dicendū igitur ꝙ ꝓpter ſubiecti aſtrologiæ formalita
tē nobiliorē/& ob finē tam ꝓximū q̄ remotū/tam principalē q̄ minus principa/
lē potiorem:& quia plura de cælo cōſiderat:& admirabiliora/occultiora/difficilio
ra:magiſq; diuina/ac magis ſcientem perficiētia & quietē p̄bentia/intellectum nu
trientia:uoluntatē quodāmodo ſaciātia:& i priæ cauſæ perfectiorē cognitionem
ducentia/& ſcientis ſtatū/& conditionē apertius oſtēdentia:& in rebus animi/cor
poriſq; utiliora/ꝓculdubio propoſitam concluſionem firmam tenere poſſumus.
Ad rōnes in cōtrariū rñdet̄.Ad primam q̄uis mathematice demōſtratiōes certiſſi
mæ ſint:carēt tñ reliq̄s conditionibus:quæ maiorē nobilitatē oſtendūt:partis au
tē theorice parū a p̄dictarū efficacia diſcedūt:uñ has quoq; naturales ſequuntur.
Ad ſecundam:dicitur non omnia quæ phī conſiderant demonſtrationibus con/
cludi: imo plerumq; ſuadentur/cuius rei inumera dubia relicta teſtimonia ſunt:
ea uero quæ demonſtrantur a philoſophis debiliori demonſtratione plerumq; cō
cluduntur q̄ ea quæ theorica aſtrologia declarat : pronoſticatrix uero quamq̄ in
pluribus euenientia(ut ſupra dictum eſt)concludit:ſuppoſita tamen materia/re/
motiſq; impedimentis/ ſemper futura manifeſtabit/ quum non liberam uolunta/
tem / non fortunam / uel caſum / non materiæ ineptiam ſic habeat obſtantia.
Ad tertiā dr̄/ꝙ quia cōtrahens/aliq̄d extraneū ē cōperatione ſubiecti cōtracti/ id/
circo cōtigit contrahentē formā q̄nq; contracto eſſe nobiliorē:ſeu forma contra/
hēte ſubiectū ſciæ cōtractæ:ſicuti in ꝓpoſito euenit:nobilior.n.eſt formalis ratio
ſub qua cæleſtæ corpus ab aſtrologia cōſiderat̄/q̄ mobilitas/aut naturalitas: cuiꝰ
rōne phiæ ſubiectū contrahit̄: quare maior uniuerſalis falſa eſt : contingit.n.per
extraneā differentiā/& ad digniora q̄nq;/& ad uiliora nonnunq̄ ſubiectū quoddā
cōtrahi:ad nobiliora quidē tāto magis trahet̄/quāto contractum ſubiectum inter
contractæ ſcientiæ ſubiecta particularia nobiliorem tenuerit dignitatis gradum.
Ad quartam dicitur:maiorem eſſe ueram ubi medium nil perfectionis in ſe con
tineat/niſi quæ ab extremis tribuitur:ſi uero aliunde procedat/falſa eſt:in propo/
ſito autem noſtro tenemus/aſtrologiā per ſupradicta ſibi ꝓpria effici nobiliorē.
Ad quintam dr̄:ꝙ materialis ſubiecti nobilitas ſcīe nobilitatē nō arguit/ſicut for

malis facit:de motore aũt philoſophus conſiderat ut motor tñ ſcđm locũ aſtro-logia uero non ſolũ motuum ꝓprietates/uelocitates/& huiuſmodi particulariora cõſiderat:ſed alteratiões ſenſibiles & inſenſibiles/ꝓprias aut coies intueť : horũq; efficiẽtes cãs:q̃ qdẽ multo amplius antecellũt/q̃ generalis philoſophica cognitio. Ad ſextã dř minorẽ eſſe falſam aſtrologus quidem inferiora cuncta conſiderare poteſt/ſcđm q̄ aſtris ſubiciuntur:pariterq; ſi ad uſum hominũ/ comoditatem/ & conuenientiam inferiora ſpeculentur/nil prorſus aſtrologicam conſiderationem euadet : homo enim cum omnibus dependentiam habet : eſt enim animal quo corporalia cuncta deo ſeruiunt : cæleſtia uero uberius per eam intelliguntur. Ad ſeptimã primũ dř/aſtrologiã phiſicas conſideratiões pſupponentẽ/neq; deter-minantẽ/ob eã cãm nõ eſſe imperfectiorẽ:ſicut nec ẽt theologiã impfectiorẽ pu-tamus:ĩmo ob eandẽ longe nobiliorẽ eẽ dicimus. Deinde dř/cognitionem quam cæleſtiũ ſubſtantiaꝝ phi tenent/nõ ſciam ſed potius opinionẽ/aut fidẽ/ aut dubie tatẽ eſſe:palã eſt hoc/ob diuerſa ſibiq; cõtradicentia q̃ phi dicũt:quidã:n.ſolẽ pu tant eẽ ignẽ:alii ſimplicẽ ſubſtantiã/ſicut & cæteras cæloꝝ partes.alii ex materia & forma cælos cõſtitutos eẽ exiſtimãt:quoꝝ quidã eiuſdẽ rõnis cũ inferiori ma teriã exiſtere putãt:quidã uero minime:de forma quoq; uarie ſunt opiniões:non nulli quidẽ materiã ea forma ſatiari tenẽt:quã ob cãm incorruptibiles cælos di-cunt:alii tñ incorruptibilitatis cãm in defectũ cõtrarii corrũpentis referunt: præ ter hos quidã cælos corruptibiles eẽ affirmãt:iuxta illud Dauid & oẽs ſicut ueſti mentũ ueteraſcent &c.corruptionẽ uero iſtã uariis modis adducũt in mediũ:q-dã ſcđm opationes tñ extrĩſecas fieri aſſerũt:quidã ſcđm ſe totos accidere:alii ſe cundũ partẽ:ueluti elemẽtis accidit:itaq; patet ex his oibus nihil demõſtrari: cũ ɫte ẽt hincinde rões facilẽ ſubſtinẽt ſolutionẽ:aſtrologus uero modũ quendam (quo in rebus difficilibus cognitu Ariſt.utitur)ſibi ꝓprium facit ad ſubſtantiã cognoſcendã:ut.ſ.hãc eſſe demonſtret/a qua eiuſmodi uirtutes effluãt.ac ſi dice-remus/ignis ſubſtantiam illã eſſe/a qua ſumma caliditas/tantaq; lux/& ſic de cæ-teris ꝓcedat.quenadmodum Ariſtote.ſecundo & tertio de anima procedit : ibi enim ſubſtantiam intellectus id eſſe concludit/a quo tali uirtute tales opationes perficiunť:quẽ modũ in cũctis ſuis diffinitiõibus obſeruat Lullius quẽ ſi ſecu-ti fuerimus nudũ erit oibus/aſtrologiã pfectiori mõ cæloꝝ ſubſtantiam intueri: quẽadmodũ eoꝝ uirtutes pfectiores/diuiniores/plures/cærtioreq; mõ palã facit. Ad aliã dř maiorẽ eẽ falſã/niſi aliis pibus ſuppoſitis:metaphiſica qdẽ q̃ p tria tñ genera cãꝝ demonſtrat ẽ naturali nobilior:cetera uero ĩparia eẽ/ſupra oſtenſũ ẽ. Ad ultimam duob9 modis rñdeť:prĩo q̄ maior uera ẽ de pte practica:ueꝝ aſtro logia theoricã ẽt cõplectiť:ſcđo dř maiorẽ ꝓ ſui ueritate cætera paria expetere. quapp theologie pars practica mathematicis & naturali nobiliorẽ eẽ cẽſemus.

An aſtrologia oĩs utilis ſit ad diuĩa cognoſcenda & errores euitãdos. Arti.v.

Xiſtimãt forte qdã/nõ oẽm aſtrologiã utilẽ eẽ ad diuĩa cognoſcẽdã/ aut

e errores euitãdos:nulla.n.ars nullũq; ſtudiũ aberrãdi circa diuĩa pbens occaſionẽ/utile ad pdicta eẽ põt:aſtrologia aũt eiuſmodi ẽ:igi.&c.cõſe quẽtia nota maior ſimiliter/nil qdẽ utile ẽ ad aliqd remouendũ q̄ facile incidere facit ĩ illud nihilq; utile ad ſciam eſt alicuius/cuius ignorãtiã facile gignit : mĩor oñdiť nã ob aſtrologiã nõnulli putarũt cælũ eẽ primã cãm:qdã cælos a nulla cã

poſſe īpediri:alii humanas uolūtates/& ītellectus illis eē ſubiectā:qbus merita/ac demerta mortaliū tollerent̄:nulle eſſēt uirtutes:nullaq; uicia:leges inanes/ inique punientes/uel præmia pbentes:noſterq; ītellectus a ſenſibus nō differret:itaq; cor/ruptibilis eſſet:quas ob cās pōtifices cōplures aſtrologiæ detraxerunt:ne in erro/res illos facile incideremus:ſi uero utilis ad pdicta eſſet nullo pacto pōtifices/aut imperatores illā deteſtati fuiſſent Amplius ſicut diſtāt ea quæ ſunt carnis/ ab il/lis quæ ſunt ſpiritus:ſic de corporibus cōſideratio/& circa illa occupatio/ ab eorū conſideratione/quæ ſunt ſpiritus alimenta:ſed corpus cōcupiſcit aduerſus ſpiritū igi.ſimiliter conſideratio de corporibus/conſideratiōi de ſpiritu:diuina autē ſunt ſpiritalia alimenta/aſtrologica uero corporalia igit̄ &c. Præterea ſiqua noticia de diuinis perfecta habeat̄/ea eſt quæ in ſacris ſcripturis p reuelationē continet̄: ſed iſtā ſpernendā ſuadet aſtrologia:poſtq̄ pphetas falſos eſſe oſtendit:aiunt.n.p phetæ īmediate a deo miſſos fuiſſe/nōnulla reuelaturos/quæ ſuo lumine mortales præuidere nō pñt:quinimo/ut/Eſayas teſtat̄/aſtroꝝ uires paruifacere/ac dānare ui dentur:aſtrologi autē in magnas cōiunctiones & in naturales cās reducūt quare ſi ſic eſſet nō magis pphetā diuinū quoddā cenſere deberemus q̄ bellū aut epidi miā/aut aliud noxiū a celo influxū. Itē ſupbiæ peccatū maxime mortales a diui nis rebus ſemotos facit ſed iſtā præſumptionē/elationē/inanē gloriā aſtrologia p/cipue ſuadet:nempe ſe deos eſſe putāt/futura pdicunt cuncta/ & oēm mundi ordi nē cōprehendere credunt:qbus fit ut ſicut lucifer ob ſui intellectus pfectionē pri mā cām pfecte cognoſcere(ut ſe bearet)quæſiuit:nō aūt a deo recognoſcere ſtu/duit:ita & aſtrologi/quom hæc puidere poſſe putāt nō ampli9 deo humiliter ſub duntur:ſed in cælos reſpiciendo ſe ipſis quærūt oīa cōprehendere/nō ſolū quæ in præſenti/ſed in futura uita euenire poſſunt. Sed cōtra ſunt quæ diuus Thomas aqnas adducit.iii.de catholica ueritate.ii.&.iii.cap.ibi.n. cognitionē creaturarū utilē eſſe ad fidei inſtructionē & errores remouendos aſſerit:utit̄q; pluribus me/diis/quæ oīa efficatius p aſtrologia/q̄ p phia concludūt.Primū ē q, p artificii cō ſiderationē artificis ſapiām admiramur:mō quāto magis aſtrologicæ de cælo cō ſideratiōes in ſapiētiæ diuinæ admirationē/q̄ phiſice pducent̄ ſi recte q̄ ſupra di/xims cōſiderent̄.Ex hoc aūt ſeqt̄ ſecundū:admiratio.n.magnæ uirtutis ineffabi lis dei in reuerentiā hoīes ducit:per aſtrologica uero/uirtus & potētia diuia ma/ior cōprehendit̄:magnitudo.n.cæloꝝ inextimabilis/uelociſſimuſq; motus ipſoꝝ incredibilis:q̄ ad magnitudinē uirtutis & potētiā dei concludendā pcipua ſunt/a ſola aſtrologia cognoſcunt̄:phūs aūt de his confuſā notitiā hēt.Tertiū uero me/diū eſt/qa cōſideratio pdicta in amorē dei pducit/quū deus optim9 cognoſcat̄ ex cellentius in ſe uirtute continēs/oīum creaturaꝝ bonitates:ſi.n.ait reꝝ creaturaꝝ pulchritudo & bonitas in amorē ipſaꝝ inducūt/quāto magis in amorē dei q ple/niſſime & habūdantius oēm bonitatis gradū cōtinet̄ Aſtrologus uero cælos eſſe meliores/pulchriores/maioriſq; uirtutis/& īferioꝝ corporaliū oīum cās eſſe cōpre/hendit. Quartū qd inducit ē/q, pdicta cōſideratio hoīes in ſimilitudinē quandā diuinæ pfectionis cōducit/rōne cognitiōis:de9.n.oīa pleniſſime nouit:aſtrologus uero cæleſtia pfectius aliis naturalib9 ſciētiis cōprehendit. Pariter ad remouen/dos errores:ex ignorātia.n.creaturaꝝ qdā putarūt ſolē eē deū/ aut aliud cæleſtiū corpoꝝ.Aſtrologia uero multo clarius errorē illū excludere potuit/q̄ phia:ueluti

apertius cognoſcens ſolẽ uel aliud cæleſte corpus aliis ĩdigere ab aliis alterari de/
bilitari/fortificari/& impediri/noſcit.n. aſtrologus nõnulla ſolis ĩpedimenta q̃ ab
alioꝝ/ radiis ac influxibus recipit:puta a quarto uel oppoſito ſaturni & huiuſmo
di:q̃ naturalis phĩa penitus ignorat:& ſimiliter uires ſuas fortificari ſibi ſimilibꝰ
ex quibus/ſolẽ nõ eẽ deũ aptiſſime ſequit̃.Deus.n.extra ſe nõ ĩdiget aliquo aſtro
logus aũt compertũ habet/ad nõnullos cauſandos effectus/ſolẽ quibuſdã ſtellis/ac
locis indigere:q̃ oĩa a deo aliena ſunt:& in idẽ pene redeunt/q̃ ſc̄do/ & tertio loco
adducit in mediũ.Q uartũ ẽt ſupius diffuſe oñſum ẽ.quatenus.ſ.gradus in quo
hõ conſtitutus ẽ in uniuerſo/multo aptius per aſtrologiã/q̃ per alias naturales in/
telligat̃.Sed qa media naturã extremoꝝ ſapiunt:aſtrologia aũt ut oñſum ẽ/ me/
dia eſt inter naturales & mathematicas:opꝰ erit & mathematicis & naturali ſciẽ
tia aſtralogos eſſe ꝑditos:ſi pfectã intelligentiã uirtutũ aſtroꝝ habere uoluerint:
ꝙ ſi eas ignorarint/ꝑſerti dialecticã & phĩam/in multos errores eos ĩcidere quodã
modo neceſſe erit:quã ob cãm accidit quibuſdã ambages aſſeruiſſe q̃re hæc non
ſcientiæ uicio.Sed potius eoꝝ ignorãtiæ tradẽda ſunt. Ad rõnes in contrarium
igi.rñdeo.Ad primã dr̃ negando minorẽ:& ad eius oſtẽſionẽ: iã apertũ ẽ nõ ob
aſtrologiã/ſed ob ignorantiã illã ſequentiũ in errores incidiſſe:quos tñ nec Ptole.
nec alii periti aſtrologi cõprobant.Si uero diceret̃ errores aſtrologicos pniciõſio
res eſſe/ex hoc nil cõtra nos hẽretur.nã in theologia errores pniciõſiſſimi ſunt.
Ad ſecundã neget̃ prima ꝓpoſitio/ſeu prepoſita ſimilitudo:ſpecies.n.contrarioꝝ
intellectu cõtrarie nõ ſunt:ſcĩaq; boni & mali habitus & priuatiõis uirtutũ & ui
cioꝝ bone ſunt:quũ uerũ bonũ ſit intellectus. Ad tertiã negando ſecundã enun/
ciationẽ ꝓphetas.n.a cælis fieri/non ſcĩa/ſed error eſt manifeſtus/ut infra palã fi/
et:quare qui ſnĩam iſtã tenẽt in ea minime ſunt aſtrologi:nec ẽt theologi: quom
q; theologiã aſtrologicis rõnibus roborare credũt:illi tñ ſcĩe maxĩe detrahũt. Ad
quartã dicendũ/ꝙ nihil ẽ adeo bonũ in natura qn eo pũerſa uolũtas/& intellectꝰ
abuti poſſint:abuſus tñ ñ a bono/ſed a mala eoꝝ diſpoſitiõe depẽdet.Sicut igi.
pfectio uitupãda nõ ẽ/ſed eiꝰ abuſus:ita nec quoq; aſtrologia uitupãda ẽ / ob eã
cãm/qm̃ qdã pũerſi maligniq; iudicii ea abutãt̃ aut circa eiꝰ obiecta aberrauerit.

## Q uæſtio ſecunda de cælorum dominio.

An elementa corporibus cæleſtibus ſubiciantur. Articulus primus.



Orte cõcludendũ eẽ qbuſdã uideret̃ elemẽta non eſſe cæloꝝ ui
ribus ſubiecta:agẽs.n.& patiẽs ut phĩs cõpertũ ẽ ꝓportiona/
ta eẽ oportet.Cæli aũt/& elemẽta eiuſmodi nõ ſũt/igi.&c.Con
ſequẽtia nota maior ẽ euidens/mĩor oñdit̃:ea.n.q̃ pluſq̃ gene/
re differũt minime ſimilia ſunt/aut ꝓportionata. Cæli uero qa
incorruptibiles ab elemẽtis corruptibilibus pluſq̃ genere diffe/
runt. Amplius elementa qualitatibus primis tantũmodo alterari poſſunt: illiſq;
mediantibus/& generari/& corrumpi:huiuſmodi autem primæ qualitates mini/
me ſunt in cælis:igitur mediis quibus agere poſſent aperte carent:non igitur do
minium in elementis habere poſſunt. Adhuc ſi ſic:igitur ſimili elemento ſimi/
lis ſtella aut par cæli prædominabitur:ſit igitur a ſtella terræ prædominãs/& ar/
guitur ſic/a/non prædominatur/niſi quia agendo aſſimilat terram . Sed/a/fortius
agit in aerem ſicut in ſibi propinquius igitur fortius prædominatur aeri:& idem

de igne concludi poteſt. Sed contra experientia & ratio ſunt. Videmus enim ſo lo luminarium aſpectu exalatiões/uapores compluresa/terra eleuari: ſurſum trahi/aquas generari/flare uentos: aerem ſiccitate affici/& huiuſmodi cõplura. Quare elementa a cælis alterari corrumpi/generariq́ʒ neceſſe eſt: & ex conſequenti primas qualitates ab illis influi & cauſari. Idẽ oſtẽdit lunæ lumẽ: nemo quidem negare poteſt augeri humiditates in cunctis corporibus/eius lumine aucto/minuiq́ʒ eodem diminuto. Sicut autem qualitas iſta/luna intẽditur/ſeu per lunam auget̃ uel minuitur: ita cætere ab aliquibus ſuperioribus agi neceſſe ẽ. Solis aũt uirtus calefactiua exſiccatiuaq́ʒ aperta eſt oĩbus ꝑ cuius ꝓpinquitatem ſuperiora elementa augent̃: inferiora uero minuunt̃. Contrariũ uero ſequitur ob eius diſceſſũ uel elongationem. Idem ratio demonſtrat/nam cum elementa ſe inuicem alterẽt & corrumpant: niſi indebita menſura uel prope aliqua cauſa reperiretur conſeruans. uel nimiam generationem/aut corruptionem unius prohibendo/ alterum. ſ. corrumpẽdo/uel alteꝝ generando/citius eorum proportio/ debitaq́ʒ menſura ſolueretur: huiuſmodi autem conſeruans/generans/uel corrũpens particularis inferior cauſa eſſe non poteſt: aut enim illa elementum eſſet/aut/ex elementis: neutrum autem horum ſufficiens eſt: quoniam elementum ſemꝑ ſibi ſimile foueret/ & eius generationẽ augeret. Sui uero contrarii augumentum prohiberet mixtũ quoq́ʒ ĩ quo prædominans eſſet alterum elementorum/a prædominio ſimiliter ageret. Si uero in mixto aliquod elementorum aut eorundem qualitates non prædominari dixeris: primo complexionem temperatam ad pondus ponere neceſſe ẽ: quã philoſophi & medici negant reperiri poſſe/diu. ſ. naturaliter manſuram: caliditas ẽn. actiuior eſt frigiditate/minoriſq́ʒ reſiſtentæ: & quoniã nulla duo cõtraria æqualiter poſſunt cuipiam formæ cõuenire: quum diuerſos gradus perfectiõis ſibi uelint: nulla igitur forma naturaliter ſibi expetere poteſt contrariarum formarum menſuram æqualem. Præterea ſi temperatum prædictum comperiretur: ubicũq́ʒ foret cũcta elementa remitteret: opus igitur eſſet ad elementorum proportionẽ ſeruandam huiuſmodi temperatum diuerſis locis applicari: aut igitur illa cauſa applicans cæleſtis erit & ſic haberetur intentum/ aut particularis: de qua eedem q̃ones mouerent̃ quas de altera mouius. Itaq́ʒ aut in infinitũ ꝓcedet̃ in cauſis tẽperãtibus/aut nulla ꝑticularis repiret̃. Si uero ꝓdicta tẽpata ꝑticularis cã inter oĩa elemẽta poneret̃ eadẽ ẽt indifferẽter ſibi ꝓpinqua remitteret/atq́ʒ corrũperet. Si uero hic non ibi exiſteret æque poterit debilius elementum remittere. Præterea nullum corpus tãtæ magnitudinis in inferioribus repitur: ut magnitudinẽ elementorum ſe ipſo/aut uirtute ſua complecti poſſit. Item niſi eſſet aliquid prædominans ſuperius alterans elementa / ubi ſemel elementi huius uel illius fieret generatio: ibi ſemper fieret: ubi uero corruptio ibi ſemper eadẽ augeretur: & ſic idem ſequeret̃ inconueniens cõſequtio declaratur. Continue nempe corrumpens elementum fortius & fortius eſſet: a proportioneq́ʒ maiori inequalitatis continue ageret: q̃m maioris potentie continue eſſet agens: paſſum uero continue minoris reſiſtentiæ: huius autem rei prohibens particularis cauſa inferior eſſe non poteſt. Amplius ordo uniuerſi hoc idem expoſtulat/ut ignobiliora nobilioribus regãtur/ infima a maximis per media diſponantur. Quare cæleſtia corpora mundo inferiori contigua ſunt/ut illorum uiribus omnis mundi huius uirtus gubernetur: q́ʒ

ſi in mundum inferiorem agunt cæleſtia corpora / præcipue in ignobiliora ele/menta operabuntur. Minus enim reſiſtere poſſunt: & pauciorum requiritur in eorum tranſmutatione corruptio:aut inductio:q̃ in mixtis: cum quia elemẽtum in naturali diſpoſitione exiſtens/duas/aut tres qualitates primas ſibi requirit. alia uero quattuor ſibi expetere poſſunt/tum quia propinquiora ſunt materiæ primæ quæ maxime ſubicitur:quare multo minoris reſiſtentie erunt/elementa q̃ reliqua mixta: igitur &ce. Adhuc elementa qualitatibus primis alterantur / generan/tur & corrumpuntur: huiuſmodi autem cæleſtia corpora influunt in inferiori/bus cunctis. Quis enim negare auderet ſolem non calefacere/aut deſiccare:ꝙ ſi caliditas/quæ aliis nobilior eſt qualitatibus: primis/a ſuperioribus pendet:multo magis cæteræ ignobiliores:in præſentia autem mentio mea non eſt aſtrologorũ aut philoſophoꝝ uti auctoritatibus:& ita multis in locis ꝓſequar:ſed tm̃ rationibus manifeſtis:nec etiam experientiis ſubtilibus ſeu obſeruantiis aſtrologoꝝ: q̃s huius ſcientiæ aduerſarii ignorat: ſed illis tm̃ quæ cunctis apparent:idcirco nec maris fluxus a luna pendere(iuxta peripatheticoꝝ ſententiam)dixi: nec ignem aut aerem circulariter moueri/nec ſolis motum ĩ obliquo circulo ſcilicet zodiaco perpetuæ generatiõis & corruptiõis eſſe cãm ĩ inferioribus. Ex p̃dictis ſequitur cælos habere dominiũ in materiã primã. Materia.n.prima per uarias diſpoſitiones/uarium ſubiectum diuerſarum formarum accidentalium & ſubſtantialium efficitur. Secundo ſequitur cælos habere dominiũ in oĩbus qualitatibus ſecun/dis/tertiis/& quartis & ſic deinceps poſtq̃ in primis habent dominiũ a quibus re/lique reſultant. Tertio ſequitur cælos habere dominiũ in formis ſubſtantialibus quum ille predictis mediantibus generentur & corrumpantur/introducantur uel informare deſinant/diuerſiſq; modis operentur. Ad rõnes igitur incõtrariũ dicẽdum ꝙ inter agens & patiens nulla alia proportio requirit̃ q̃ ꝙ unũ agere/aliud pati poſſit:hoc autẽ accidit quom agens actu uel uirtute continet pfectionẽ q̃ in paſſũ imprimit:hæc aũt impreſſio quãdoq; ĩmediate fieri põt/ueluti a prima cã: quandoq; mediis quibuſdã/ut in cæteris. Cæli aũt uirtute continent quæ in infe/rioribus percipiunt̃. Et per hoc ſolutio patet ad ſecundam licet enim primæ qualitates in ſuperioribus corporibus actu non ſint:comperiuntur tamen ibidẽ uir/tute:multoq; excellentiore modo/q̃ in inferioribus:ſicut plerumq; ĩ cauſa/ſui effectus continenttur. Ad ultimam dicitur ꝙ ſicut magnes ferrum grauius/non lignum leuius attrahit/ob patientis conformitatem uel inconuenientiam:actus enĩ indiſpoſito patiente inducitur:ſimiliter & ſtella terræ prædominans non fortius aget in aerem licet propinquiorem.

An imperfecta mixta lapides & metalla cælis ſubdantur Articu.ii.

Pparet fortaſſe aliquibus ĩperfecta mixta:lapides & metalla ſupioribus
a corporibus nõ eſſe ſubiecta qd̃ enĩ põt ĩ pauciora pricipia cõpelli æque conuenienter/fruſtra per plura compellitur ſed formas ac generationes mixtorum in ipſa elementa/in materiæ potentiam/in diuerſas diſpoſitiões eiuſdẽ eque bene reducere poſſum9 igitur &c. Præterea quælibet cauſa ex qua neceſſario ſequitut effectus/ea ſufficiens cauſa eſt eiuſdem effectus:diſpoſitio aũt male/riæ conueniẽs pro formæ introductione huiuſmodi eſt. Igit̃ p̃dicta diſpoſitio/formaꝝ/& per conſequens corpoꝝ ſufficiens cã eſt: cæteræ igit̃ cauſæ ſupflue ſunt

minor uero primæ rationis oſtendit̃:nam quũ fieri nequeat eandẽ diſpoſitionem
complexionẽ/menſuráue qualitatum primarum & aliarum ſequentiũ duabus for
mis ſpecie diſtinctis conuenire:quũq; diſpoſitione in materia præſente/alicui for
mæ incõuenienti/eam corrũpi neceſſe ſit. Sequitur formã illam cui prædicta di/
ſpoſitio conuenit neceſſario introduci/alias enĩ materia ſine forma maneret/quod
eſt abſurdũ:prædicta igitur diſpoſitio materiæ ſufficiẽs cauſa eſt formæ ſibi con
uenientis totiuſq; cõpoſiti. Quũ igitur diſpoſitio ꝓdicta a ſolis elemẽtis pendere
poſſit:cõplexio enim ex ſolis qualitatibus elementoꝝ reſultat. ſequit̃ corpora cæ/
leſtia prædictis nõ dominari. Adhuc formæ prædicte de potentia materiæ edu
cuntur ab agẽtibus particularibus. igitur nõ per corpora cæleſtia aſſumptũ ma/
nifeſtũ habent peripatetici. Amplius formæ cunctæ latitant in materia. igitur
idẽ ꝙ prius aſſumptũ arguitur:qm̃ ſi nil formæ generãdæ in materia ꝑexiſteret.
quũ nihil materiæ in ſubſtantiã formæ tranſire poſſit/tota formæ ſubſtãtia ex ni
hilo fieret:quod naturæ creatæ potius nõ eſt. Sed cõtra eſt experientia/quã ra/
tio comitatur:uidemus enim exalationes/uapores ſurſum eleuari/ad diuerſas cæ/
lorum partes uergere/ſcd̃m eoꝝ/cum partibus cæli ſimilitudinẽ:uapor præſertim
(aere multo grauior) nullo pacto ſurſum eleuari poſſet/nullis flantibꝰ uentis/niſi
a ſuperioribus traheretur:ipſe enim infra aerẽ locaretur/nec ab igne ſurſum ele/
uari poſſet:quin potius pelleretur/nec ab aqua pelli:quũ ſit ei ſimilis/nec ab ali/
quo mixto ubi elementoꝝ qualitates prædominari neceſſariũ eſt:ſic enim argui
poſſet. ut in ꝓxima qõne dictum eſt/patet etiã in comatis ſtellis hoc idẽ/quũ non
tm̃ ab oriente in occidens/ſcd̃m primi mobilis motũ moueantur/ſed ſcd̃m ſignoꝝ
ſucceſſionem/motũ planetaꝝ imitando:quibus generantur/cõſeruantur/uel alte/
rantur. & ꝙ fortius eſt hoc accidere euidenter apparet quibuſdã indiuiſibilibus
obſeruatis/ueluti cõiunctionibus/aliiſq; aſpectibus/ſtellarũq; præſentia in locis ua
riis:ubi non ſolum ſtellaꝝ uires noſcuntur:ſed locoꝝ & partium cæli:unde cor/
pora prædicta nõ ſolum eleuari/ſed alterari/gigni ab illis ſic ſe habentibus cauſis
neceſſe eſt:poſtquã eiſdem multiplicãtur aut delentur. ꝙ autẽ lapides & metalla
eidem dominio ſubſint/ſic oſtenditur:qm̃ eoꝝ generationum nullum particulare
agens inferius aſſignari põt:elementa enim materialiter cõcurrunt potius ꝗ effe/
ctiue/& ſi effectiue nõ quidẽ principaliter ſed inſtrumentaliter tm̃:quũ nihil ul/
tra gradũ propriũ ſuæ perfectionis agere poſſit:niſi alterius perfectioris uirtute.
cõſtat aũt lapidem ſibi ſimilem nõ generare per ſe exiſtentẽ/licet per appoſitionẽ
partẽ lapidis generare poſſit/materiã ſibi propinquã diſponendo:nullum aũt in/
ferius agens præter prædicta ad eoꝝ generationẽ concurrere poſſe apertum eſt:
opus eſt igit̃ ut in agentia uniuerſalia reducant̃/poſtꝙ ad omnẽ naturalẽ actionẽ
quattuor cõcurrunt cauſæ. Amplius licet tria cauſarum genera in unum cõue/
nire poſſint forma. ſ. finis/& efficiens non tamẽ materia cum illis conglutinatur.
elementa uero prædictorum cauſa materialis ſunt. igitur nec agens eſſe poſſunt.
cõſequẽtia nota:fieri enim nequit ut idẽ ſeipſum trãſmutet/idẽ ſubiciat & reſpe/
ctu eiuſdẽ ſubiciatur. igitur nec etiã idẽ agens & materia reſpectu eiuſdẽ eſſe po
teſt. ſunt igitur cæli inter corporalia agentia principalia iſtoꝝ omniũ. Præterea
nõnullæ mirabiles in lapidibus ꝓprietates cõperiuntur/quæ ab elementis nullo
pacto emanare poſſunt. queãdmodum magnetis attractiua uirtus. quis enim in

elementoꝝ uirtutes reducere poteſt ſmaragdi proprietatem/qua coitu frangitur: ſi autem proprietatũ ſunt cauſæ.ergo & ſui ſubiecti:ſicq; de pleriſq; dicere poſſemus/quæ breuitatis cauſa miſſa fiant.quare metalla etiã in certis regionibus generantur.terra enim hanc diuerſitatẽ cauſare non poteſt. Ad rationes igitur in contrarium.ad primã dicendum minorẽ eſſe falſam.nam ultra ea quæ per illam exprimuntur/opus eſt agentem cauſam principalem conſiderare.inſtrumentalis enim aut ſecunda cauſa non niſi ui principalis aut primæ (quæ in effectum plus influit)operari poteſt. Ad ſecundã reſpondetur/ꝙ cauſam neceſſario effectum concludentem uel producentem eſſe ſufficientem / dupliciter poteſt intelligi:uno quidem modo aliis neceſſariis cauſis ſuppoſitis/quas natura indeficientes ac firmas ſtatuit & ordinauit:ſicut ignis paratus eſt ſemꝑ calefacere aut urere/dũmodo calefactibile aut cõbuſtibile adſit:alio modo minime.ſi primo modo intelligatur maior ꝓpoſitio falſa eſt.cauſa.n.ſufficiens cõplecteretur alterã/quã indeficientem ordinauit natura:itaq; in ꝓpoſito prædicta materiæ diſpoſitio ſola/ſufficiẽs nõ eſt/ſed cõcurrente neceſſaria altera cauſa:quã parauit natura:unde ſi fieri poſſet ut materia maneret deficientibus cælis q̃q̃ ad prædictoꝝ ſubſtantialem formã ſuſcipiendã diſponeret̃:nõ tamẽ illam ſuſciperet:ſed aut in nihilum tenderet/aut priorem formã ſeruaret/quæ ambo minus impoſſibilia ſunt/q̃ formã abſq; agente generari:ſequuntur tamẽ dicta inconuenientia ex impoſſibili ꝑdicto. Ad tertiã neganda eſt prima enunciatio:nã quædam de potentia materiæ educunt̃ a ſolis cæleſtibus agẽtibus/deinde negatur cõſequentia.nã eſto ꝙ per particularia educerentur/illud tm̃ inſtrumentaliter fieret.qua de cauſa præter ꝑdicta principalia agentia cõcurrere oportet/quæ cæleſtia ſunt. Ad ultimã negat̃ aſſumptũ/& ad eius oſtenſionẽ dicit̃/formas non ex nihilo fieri/ uel quia in materia uirtutes ſeminales exiſtant/uel quia nõ generantur abſq; ſuppoſita materia.

An plantæ herbæq; cælis ſubdantur. Articulus.iii.

u Idetur plantas nõ poſſe ſubici corporibus ſuꝑcæleſtibus.naturaliſſimũ omniũ animantiũ eſt quom ætatis ꝑfecte fuerint:nec organis aut mediis caruerint generatiue partis nec ſpontaneã habuerint generationẽ/ſibi ſimile in ſpecie generare.ut animal aĩal/planta plantã:ergo a plantis plante/& ab animalibus animalia generant̃/itaq; non oportet eoꝝ generationẽ in aliã cãm reducere. Amplius ſi diceret̃/plantas eſſe plantaꝝ cauſas diſponẽtes.nõ autem principales/cõtrariũ oſtendit̃.cælum.n.per diurnũ primi mobilis motũ aliarũq; ſpheraꝝ ſtellis ſuis/aliiſq; partibus/diuerſis locis/uariiſq; reſpectibus repertis/non parum uires ſuas uariat:ſed quocũq; tẽpore inſerantur plante/aut plantentur/aut herbaꝝ ſerant̃ ſemina eedẽ ꝓculdubio ſpecies oriuntur:quodq; fortius eſt/ſi hyemis tꝑe(illis aduerſo)ſeminent̃ & artificio/aut fimo/aut igne/aut tegmine quodã a frigore tueant̃/pariter equidẽ naſcent̃.hoꝝ igit̃ generatio a ſtellis principaliter eſſe nõ põt.cõſequutio arguit̃:qm̃ ſi generatio a cælis eſt:uariatis igit̃ cælis generatio ꝑdictoꝝ uariabit̃.cõſequẽs falſum igit̃ & ãncedẽs. *Sed* cõtra eſt expiẽtia/cui ratio cõcordat.ſi.n.plantaꝝ herbarũq; genera cõſiderauerimus:earũq; uirtutes:cõplures in eis ꝓprietates inueniemus/q̃ in cãs cæleſtes reduci debere demonſtrãt.quũq; uarias uirtutes uegetatiue forme ſibi uelint/atq; requirãt/in cũctis cælos ꝑdominari cognoſcemus.primũq; in nutritiua/& augumẽtatiua ſimul uirtuti

bus oñditur.ſenſu.n.apparet:& unuſqſq; exptus agricola exploratũ habet/plan/
tas/& herbas lumine deficiẽte lunæ inſertas/ſeu plãtatas/nõ paꝝ (cæteris parib9)
ab earũdẽ diſpõnibus diſtare/ſi aucto lumine lunæ id actũ fuiſſet:pariter ſi luna
in ſignis terreis repta/ubi ꝑcipue poteſtates habet plantenť ꝑdicta/fortiores radi/
ces/potentioreſq; ptes ſubterraneas gignẽt.cõtra ſi in aereis ſignis extiterit/ramos
amplos diffundẽt:magiſq; ſurſum in uniuerſo/qꝫ ſibi deorſum eſt augenť:ſimili
cã ſi lunæ lumine decreſcẽte/uites putenť/breuiores ramos eqdẽ germinãt.cõtra/
riũ uero aucto lumine accidit.Idẽ expiri poſſumus ĩ gñatiua uirtute/qs.n.motũ
cæli cãm nõ eſſe diceretꝰ plãtaꝝ generatiuã/aut fructuũ poſtq̃ plãtas cõplures in
uenimus/tot annis fructus germinãtes/quot diebus a ſolis coniunctione luna di/
ſceſſerit:quom.ſ.plãtatæ fuere:ex hoc.n.expimẽto nõ ſolũ uirtutes actiuas cælo
rũ plãtas alterare cognoſcimus/ueꝝ ẽt & motũ illas determinare/ut infra patebit/
ſiqs aũt experientiã iſtã negare auderet/plantet arborẽ granata poma generatricẽ
poſtq̃ e ſolis radiis exierit luna:& ſe ignaꝝ/& dictũ ueriſſime cõpiet.qđ pleriſq;
ſimiliter accidit:herbe quoq; nõnulle naſcũť folia ſua augẽtes ac minuẽtes/ſc̃m
luminis lunæ augumẽtũ/aut decrementũ. Adhuc inumeras mirabileſq; herbaꝝ
uires expiunť medici:quæ nullo pacto in cãm inferiorẽ agentẽ reſolui pñt.con/
currũt igiť cæli nec tãq̃ particulariũ inſtrumẽta:ſed ut agẽtia principalia:quoꝝ
particularia diſponẽtia ſunt:poſtq̃ inferiora uilia ſunt:cæleſtia uero ꝑcioſiora ha
bentur:& ſi qdã putãt uermes cælis eſſe nobiliores:nos.n.totale cæleſte agẽs cõ/
ſideramus:quod animã uel intelligẽtiã includit. Itẽ nullo ꝑeunte ſemine in qui/
buſdã terræ regionibus herbæ plãteq; oriunť ac multiplicanť:nec a particulare
agẽte.ut caſus ponit piculo cõprobatus.ergo a ſupiore generari neceſſe eſt. Præ
terea cælũ naturæ ſenſitiuæ ꝑeſt ut patet in cancris & cõchis & in ꝓximo articu
lo ſequẽte demõſtrabiť:multo igiť magis uegetatiue pti. Ad rõnes in cõtrariũ
dicendũ.plantas a plantis inſtrumentaliter generari:ultra ꝑterq; cãs illas/cæleſtes
principales ꝑintelligi oportere. Ad ſecũdã cõceſſa maiore negeť minor.ut enim
in qõne habitũ eſt nõ parum herbaꝝ uires plantarũq;/per aſtra parteſq; cæli ua/
riantur.quare nõ ſolũ luna (ut dicebať) obſeruanda eſt:uerũetiã aſcendẽs/cæte/
riq; anguli/atq; ſignificatores cõpenſari debẽtq;. Suntq; ſtellæ complures ac loca
quæ recto radio ſuper terrã/& per reflexũ ſub terra plantaꝝ generationẽ iuuare
poſſunt.ea uero quæ arte applicanť/longe debilius illaꝝ uiribus deſeruiunt.

An cæli præſint ſenſitiuæ parti. Articulus.iiii.

Pparet quibuſdã rõnibus cælos ſenſitiuæ parti non præeſſe.natura nãq;
a per plura agẽtia nõ facit quæ per pauciora facere põt.ſed animal p ma
rem & fœminã generare põt:nullus.n.medicoꝝ/aut phõꝝ dubitat quo
tienſcũq; ſemen ſpiritu gignitiuo decẽter fortificatũ/in matricẽ bene diſpoſitã in
fuſum fuerit/ex his tãq̃ ex ſufficiẽtibus cauſis aĩal generari.igiť &c.minor oſten/
ſa eſt:maior ãt eſt clara.natura qdẽ nihil agit fruſtra nec unq̃ ſupflua eſt. De aĩa
libus uero p putrefactionẽ generatis ſic idẽ cõcludiť.nã ſi natura pticularis pfe/
cta aĩalia ſe ſola pducere põt:multo fortius aĩalia impfectiora ſicuti ſunt quæ per
putrefactionẽ generari dicuntur. Amplius queadmodũ omne agens ſibi ſimile
agit:ſic oĩs effectus a ſibi ſimili agiť.cælum aũt animalibus ſimile nõ eſt/nõ eñi
eſt animatum quum nec organoꝝ diſtinctionem/nec ſenſus habere percipiatur:

ſicut pipatetici exploratũ hñt.igiẽ cælũ aĩalia gñare nõ põt. Præterea nihil ultra gradũ ꝓpriũ uirtutis ſue põt agere:ſicut nihil qđ nõ hẽt ꝑbere põt:cælũ aũt nõ hẽt animã nec uegetatiuã/quũ minime augeãẽ:nec ſenſitiuã ob rõnes ꝑdictas/nec intellectiuã/qm̃ eã corpori uniri nõ decet:niſi ob pfectionẽ/ quã p ſenſus acquirere põt. Præterea eſto ꝙ eẽt aĩatũ cælũ/adhuc idẽ cõcludiẽ.nõ.n.eſt eiuſdẽ ſpeciei nec gñis:quũ ſit incorruptibile nõ uegetatiuũ:alterius motus/ſubſtãtie/& uirtutis/q̃ aĩalia corruptibilia. Sed in cõtrariũ expientia & rõ ſimiliter repiẽ.uidemus qdẽ(nullo agẽte pticulari cõcurrẽte) nõnulla aĩalia gñari/imo multo plura/q̃ p ꝓpagationẽ in uita ꝓduci:uermes.n.cũcti ſerpẽtes/piſces/mures/& hmõi/ſpõtanea gñatiõe abſq; maris & fœminæ cõcurſu gñanẽ/licet coitu quoq; ꝓducanẽ:quodq; forti9 eſt/& plãtaꝝ q̃rũdã foliis/fructibuſq; aues qñq; uel ſerpẽtes/uel uolãtes uermes gignunẽ/ubi pticulare agẽs deficere manifeſtũ eſt:nullã aũt ꝑdictaꝝ pticulariũ cãꝝ.puta putrefacta materia/frõdes/fructuſue pricipale agẽs eſſe põt:ea qdẽ oĩa materiales cauſæ ſunt:q̃(ut oſtẽſũ eſt)eiuſmodi agẽtia eſſe nõ pñt/qm̃ ꝑdictoꝝ pfectiones dignitatis gradũ aĩaliũ in ſe minime cõtinẽt:calor ẽt in materia ꝑdicta infuſus principale agẽs nõ eſt:nullũ eñi accñs principaliter ſubſtãtiã gñare põt. Præterea materiæ diſpõnes ad genus cauſæ materialis phi applicant:nõ igiẽ ad agentẽ. Amplius nihil attingẽs finẽ quẽpiã nõ cognoſcẽs eũ uirtute ꝓpria põt illũ attingere/ſed ab alio tm̃ directum/finẽ illũ cognoſcentẽ.ueꝝ aĩalia agẽtia pticularia nec gñationẽ/nec corporis ꝓducti organizationẽ cognoſcũt:qn ẽt arte mira pficiunẽ.igiẽ ꝑdicta pticularia agẽtia ueluti ab alio cognoſcẽte directa generãt.eiuſmodi aũt dirigẽs nõ tm̃ prima cã eſt.alias nõ naturaliter ꝓducerentur aĩalia.ſcđm ꝙ phi de eoꝝ generatiõe loquunẽ.oportet igiẽ eẽ cãm naturalẽ(ꝑter deũ & hmõi particularia agẽtia)ꝑdicta aĩalia principaliter generantẽ. Præterea cælũ eſt cã oĩs alterationis/ut ſupius cõcluſum eſt.igiẽ & generationis:& hoc eſt qđ Ariſt.ii.primi naturaliũ ait.ſol & homo generãt hoiem.quod ſi in hoĩs generatiõe cõcurrit:multo magis in alioꝝ cõcurrere neceſſarium eſt.& ſi ſol cõcurrit.igiẽ & aliæ cæloꝝ partes. Idem.ii.de generatiõe.motus ſolis in circulo obliquo.i.zodiaco/eſt cã oĩs alterationis. Præterea cæli elemẽtis & qualitatibus primis ꝑdominantur.ergo & cõplexionibus:& ex cõſequẽti humoribus/mẽbris/& ſpiritibus/& operationibus hæc aũt ſunt naturalia corporibus aĩaliũ/ut aĩalia ſunt.igẽ &c. Item quũ ex eiſdẽ ſint animalia ex quibus nutriunẽ:ueſcunẽ autẽ ex humoribus/humores uero cæloꝝ uiribus ſubiciuntur:quod cretici dies declarant:in qbus materia morbi cõtra uirtutẽ & uirtus cõtra morbũ inſurgit.Cretici uero dies/ut infra apertũ fiet/non niſi a luna principaliter aliiſq; cæleſtibus cauſis emanant. Adhuc in ſenſitiua uirtute uegetatiua includiẽ ſicut trigonũ in tetragono:ſed cæli dominiũ habent in uegetatiua parte.ergo in ſenſitiua/ex parte ſaltem. Sed oſtendiẽ etiã in totũ:ſenſitiua enim uirtus corporea eſt:organũ.ſ.cõplexionatũ:unitum:& tali cõpoſitione confectum:ſed huiuſmodi organũ per nutritiuã/augumentatiuã/& generatiuã diſponitur/generatur/& conſeruatur:habens igitur in parte uegetatiua dominium/ illud etiã habet in ſenſitiua. Ex ꝑdictis ſequitur cælos in cunctis corporeis rebus inferioribus hrẽ dñium. Itẽ incõueniẽs eſt animal pfectius.ſ.hominẽ nõ eſſe principalem agẽtẽ hominis:bruta uero ſic.igiẽ ſunt bruta tm̃ diſponẽtia materiã.ultra quæ oportet eſſe pricipalia ut prius.

Ad primã igiť rõnẽ incõtrariũ dicẽdũ/agẽtia particularia nõ ad oẽm generatio/nem cõcurrere:ut in ſupradictis exẽplis patuit:qñ ẽt cõcurrũt/agẽtia nõ eſſe pricipalia/in quæ reduci tãdẽ oportet:ueluti in finẽ particularia dirigentia:nec fruſtra particularia uniuerſalibus iunguntť.duplici de cã.Prima:qm̃ licet nõ principalia ſint in qbuſdã tñ neceſſaria ſunt ſecũda.nã & ſi neceſſaria nõ ſunt:id tñ accidit:ut p̃dictis inferiobus nõ ſolũ eẽ ſed ẽt cauſare tribuereť.qua in re maximæ primæ cauſæ aſſimilari cupiũt:ſicut ẽt licet Deus inferiora ſe ſolo diſponere poſſit:ſtatuit tñ ut ſupioribus gubernarenť:ſicut ẽt in ſpiritalibus euenit:ut inferiores intelligẽtiæ ſupioribus illuſtrenť.& ad id quod de impfectis aĩalibus adducitur dicẽdũ ꝙ aĩaliũ ex putrefacta materia generatoꝝ:qdã uim generatiuã hñt/ut mures.& de his oĩbus ſicut de aliis diciť.qdã minime & ob hæc conſequutio nõ tenet.nã particularia agẽtia deficiũt:ſi quoqꝫ nõ deficerent adhuc nil cõcludit argumẽtatio:qm̃ agẽs illud ẽt debilius eſt.habẽt aũt duplicẽ generationis modũ qm̃ ea intermedia ſunt/inter pfecta & impfectiora aĩalia/unde qa nõ pfecta ſunt: ideo putrefacta materia cũ cã cæleſti agẽte ſufficiũt illa generare:& qm̃ inter impfecta primũ tenẽt pfectionis gradũ/iccirco generatiuã uirtutẽ hñt:nec illis mẽbra generatiua deficiũt:& ob hoc apte cognoſciť nõ ſemp cælũ inferioribus mediis agere:qa illis indigeat. Ad ſecundã diciť ꝙ apud phõs dubiũ eſt cælos eſſe animatos Auguſtinus ẽt ſub dubio reliqt.an Sol & Luna aliaqꝫ cæleſtia corpora ſpectent ad illã ciuitatẽ ſupernã.quare argumentũ cõcludere nõ põt:ſed ſiue animati ſint cæli/ſiue nõ/nihil cõtra p̃dicta cõuinciť. Parũ.n.intereſt inter ponentes eos eſſe animatos:& illis ſolũ intelligẽtias ut motrices applicatas eſſe. Vbi conſiderandũ eſt/pfectiores intelligentiæ nullo pacto corpori uniunť ſcd̃m naturã.in fime uero quæ humanæ animæ ſunt/materiæ applicãť tali lege ut ipſis multiplicentur:opationes quaſdã ſine corpore pficere nõ poſſint.quaſdã uero cõmunicãti corpori uires exerceãt:alias tñ nullo organo aut principio corporeo cõcurrẽte pficiant:puta ſpeciebus intelligibilibus ex aliis elicitis ſpeciebus.ut in ſũma noſtra demõſtrauimus:mediæ uero intelligẽtiæ ſunt/quæ in materia aut corporibꝰ ĩmerſe nõ ſunt:nec illis eſſe tribuũt:nec ab eiſdẽ eſſe quoquo modo ſuſcipiũt:ſed ſcd̃m naturã ſuã ut motrices applicanť:utqꝫ uires nõ nullas corpora p illas exerceant:& he cælis applicanť:quare licet nõ ſint animati:animalia tñ uirtute intelligentiæ & ſui ꝓducere poterũt. Qui aũt ſubſtãtias ſeperatas nõ generare dixere/de prioribus loquuti ſunt. Quia uero cælũ nõ eſſe animatũ demonſtrari non poteſt:ideo ad rõnes in oppoſitũ diciť/uegetatiuũ neceſſariũ eſſe ſenſitiuo corruptibili/ob generationẽ:augumentũ & nutritionẽ. Non aũt incorruptibili.ſenſus etiã habere pñt/unde partiũ diuerſitatẽ percipimus in Luna/in aliis ſtellis inter ſe ĩn nebuloſis/tenebroſis partibus lucidis/uia lactea/ut infra patebit. Figuras etiam (ſubſtentabile eſt)diuerſas in cælis reperiri.philoſophi etiã cõplures/mũdũ animali comparauere.Secũdo dici poteſt huiuſmodi animã nõ rõne intellectus pficiendi unitã eſſe quæ ſe ſola perfici poteſt:qm̃ non eſt in pura potentia:ſicut intellectus humanus:ſed inferioꝝ producendoꝝ cauſa.quare ſenſibus nõ indiget. Et per hæc ſolutio patet ad tertiũ:perfectius enim cælum cũ intelligentia eſt inferioribus:& ſi animatũ non eſt. Ad ultimã dicitur illud de generatione uniuoca tñ concludi:in qua agens ſimile in ſpecie eſt acto:non autem equiuoca.

An cæli prædominentur rationi ideſt intellectu & uoluntati. Articulus.v.

næ multũ ſubiectos hoĩes.ſ.quoſdã/qui dum luna/aut a ſolis oppoſito/quarto/uel
combuſtione/aut ab altera quã uolueris cauſa patiatur/malorum morum exiſte/
re/accidia/inuidia/ira maxima affici/uſqꝫ adeo/ut preſentibus leticiæ cauſis inferio
bus/ima emittant ſuſpiria/itaqꝫ nõnunq̃/etiã aduerſis accidentibus/ ſpontanea leti
cia incredibili ſunt affecti quem effectũ ſiqui philoſophi in ſanam uel egram cõ/
plexionem reducerent.obiciatur/illius complexionis cælum eſſe motorem & cau
ſam.quam rem aperte cognoſcent/ſi tunc tẽporis cælorum diſpoſitionem obſer/

uauerint: nec tanta complexionis mutatio apparet (ſi tantūmodo inferiora inſpexerimus) ꝙ ex illa tāta morum & cogitationū uarietas effluere poſſit. Videmus etiam Marti ſubiectos/bellū precipue petere/ad irā/uindictā/homicidiū/ depredationes/ſtupra/& huiuſmodi a ratione fugienda pronos eſſe. Saturno uero ſubditos/inuidos/feneratores/auaros/fetidos/īmundi coitus/uindicatores: & huiuſmodi. quod ſiqui in ſolā complexionē collericā/aut melancolicā reducere uelint: adducatur in mediū aperta experientia: quandoqꝫ ſaturno ſubiectos ſanguineos eſſe/aut collericos/aut alterius complexionis. Martiales uero flegmaticos/ aut ſanguineos qubus inſpectis in aliā cauſam reduci predicta opus erit. Aſtrologoꝝ auctoritates hic ſuſpectæ ſunt: ſed ad medicoꝝ dicta accedamus: ex quibus aperte intētum ſequetᷣ. Apertiſſimū quidē in medicina ſcientia eſt/ ſpiritibus animalibus/ ſenſuū operationes perfici: quibus alteratis operationes quoqꝫ uariabuntᷣ: patet hoc non ſolū ex diuerſis operibus diuerſarū complexionū/a principiis generationis cōtractarū: uerū etiā ex complectiōibus etatis curſus: ſimiliter ex uariis egritudinibus ex abundantia diuerſorū humorū cauſatis: ubi ſpiritus ſimiliter alterari plerūqꝫ accidit: ſi igitur humores uarii/uarios ſpiritus/& hi uarias operatiōes/appetituſqꝫ cauſant. proculdubio cæli predominantes: & complexionibus/& elementis/& humoribus & ſpiritibus/appetitus/motuſqꝫ uarios interiorū ſenſuū producēt in hominib9: igitur ſicut diſcraſiata cōplexio/cōpoſitio/& ſēſus/& ſpiritus/ad illecebras concupiſcentias/& operationes rationi contrarias inducunt: ut apertū eſt oibus/ ex ſanguineis/ad amorē/collericis ad irā: melancolicis ad predicta ſibi conformia: pueris/iuuenibus/ſenibus/maniacis: & huiuſmodi: in quibus oibus mores/& appetitus/& operationes non mediocriter uariantur: & ad nō nulla nefanda uario modo incitantur. ſimiliter etiā proculdubio: ab intēperatis ſtellis/ſpiritus/cōplexiones & humores/& ſenſus īmutati tales aut ſimiles inclinationes ſuſcipient. Nunc uero ad theologos nos conuertamus: beatus Thomas aquinas. iii. de catholica ueritate. lxxxxi. capitulo ſic ait: quæ uero ad corporalia pertinent/ſiue exteriora / ſiue interioria ſint in uſum hoīs uenientia/a Deo mediantibus angelis/& corpibus cæleſtibus diſpenſantur. quū igitur hoīum ſenſus eiuſmodi ſint: opus erit ut a cælis īmutentur. & ſi in bonū/per conuenientē ac ſimilē influentiā ſenſus a cælis īmutari poſſunt: etiā in malū per diſconuenientē influentiā īmutari poterūt: ut ex ſupradictis manifeſtū eſt. Deinceps idē auctor. lxxxxii. capitulo concludit/ corpus cæleſte cauſam eſſe oīs alterationis: & ulterius/eſſe cauſam oīs motus in inferiori mundo. Amplius Scotus . ii. ſententiarum diſtinctione . xiiii. queſtione tertia ait/ſtellas actionē atqꝫ dominiū habere in elementis in mixis inanimatis/& animatis/& in ſenſitiuis. nā organa ſenſuū/quæ ſunt corpora mixta poſſunt īmutari & alterari ad aliquē gradū conuenientē illis/ut nata ſunt eſſe organa ſenſuū: & etiā ad diſconuenientē ſenſui. & ita poſſit organū corrūpi & lædi. & per conſequens poſſunt habere aliquā actionē: quo ad intellectionē quodāmodo: quia ſi deordinantur ſenſus in actu ſuo. per conſequens deordinatur intellectus ut puta in freneticis & lunaticis: in quibus eſt imago confuſa: & etiā quo ad hoc poteſt eſſe cā deordinationis in uoluntate : poteſt enim appetitū ſenſitiuum alterare ut magis inclinetur ad hoc ꝙ̄ ad illud: & quia in uiatore uoluntas rationalis inclinatur ad proſequendū/quod efficaciter appetitur ab appetitu ſenſitiuo/ideo hoc modo in-

clinant uoluntatem planetæ: & alia corpora cæleſtia/in nullo tamen neceſſitatur abſolute uoluntas propter hoc:ſed ex ſua libertate:poteſt contraire:hæc ille: deinde ſubdit:& per iſtã pronitatẽ ad ſequendũ appetitũ ſenſitiuũ contra dictamen rationis:quã pronitatẽ cauſant corpora cæleſtia/accidit frequenter aſtrologos uere pronoſticare de moribus hominum:puta ꝙ erunt luxurioſi uel huiuſmodi per conſtellationes natiuitatis:non ꝙ ita eueniat neceſſario/ꝙ non poſſit aliter eſſe de his quæ pendent a uoluntate rationali/ ſi homo uellet magis ſequi per uoluntatẽ legem rationis q̃ ſenſus:ſed cogitationes hominũ prone ſunt ad malum Geneſis. viii. Ex quibus uerbis noſtra concluſio apertiſſime infertur: nec ſolum infertur: ſed explicata continetur in illis. Sed iam ad rationes noſtras accedendum eſt. Mundus enim inferior/ſuperioribus uirtutibus gubernari neceſſe eſt:iuxta Ariſtotelis ſententiam:iuxta etiã ea quæ ſupra demonſtrata ſunt : complexiões igitur mixtorum & ſimplicium inferiorum/in ſuperioribus uirtute continentur:igitur ſicut in inferioribus quædã ſunt extremæ/quædam mediæ cuiuſcunq; extremi reſpectu:ita in ſuperioribus ſunt extremæ uirtuales/& mediæ: extremæ autẽ ſicut ſibi ſubiecta competentia conſeruant:ut ignis maxima caliditate ſeu intenſiſſima & ſiccitate conſeruatur:ita mediæ:& in altero extremo collocate per illas corrumpuntur:& in actiõibus deprauantur/leduntur/& diminuũtur. Itaq; actiones leſæ diminute/corruptæ/ ablatæ ſequuntur:ſtella enim ignem conſeruãs aquã per ſe corrumpit:& ita de aliis mixtorum dicendum:humana autem complexio (licet magnam habeat in ſe latitudinẽ) media eſt & temperata reſpectu plurium animalium & plantarũ:licet temperatior ſit reſpectu operationum perficiendarum:per ſtellarum igitur in uirtute diſtemperatarũ/actiones/incorporales uirtutes/& membra/& ſenſus hominũ neceſſe eſt uariari appetitus ſenſitiuo/& mores.

Hucuſq; naturalibus rationibus/aſtrologorum ſententiæ conuincuntur. ſed adhuc ſpecialius de eiſdem influxibus concludi poteſt. Quum equidem ſapientibus compertum ſit immateriales ſubſtantias in ſenſibus poſſe producere ſpecies ſenſibilium:ut patet in pueris in phyala/aqua plena reſpicientibus:in pregnãtibus in ungula inuncta intuentibus:non ſolum de uiſibiliũ ſpeciebus aliis perfectioribus:uerũ etiam aliorũ ſenſibiliũ:pariter quoq; in cælorũ animabus aut intelligentiis motricibus/& corporibus cælorũ uirtus erit/illarũ productiua immediate:non ſolũ ſpiritibus animalibus mediãtibus:hæc enim foram ſenſibilis ĩ diafano/aut organo/a ſenſibili multiplicata/ & producta/non maioris perfectionis ẽ: q̃ non nulla alia in uirtute cælorũ contenta. quare non inconueniret etiam a ſtellis ſpecies iſtas generari: nec mediantibus ſpiritibus:licet enim ſpiritus neceſſarii ſint ad actiõem illam:tamẽ ſic perficitur quãdoq;ut primum ſpecies uel ſimilitudinem cauſent cæli uerũ eiuſmodi ſpecierũ ac noticiarũ cauſæ ad malũ incitare non poſſunt. aliter eni intelligentiæ aut animæ cæli uicia ſequerentur/icitant tamen per accidens/ſuam uim ĩfluendo ĩ corpora ſibi proportionata ſicut etiam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Ad rationes igitur incontrarium dicendũ eſt. Ad primam quidem negando conſequentiam:& ab eius probationem:negetur conſequentia:non enim quecunq; peccandi occaſio/ad malum incitatio illicitum ue dici debet. alias Deus qui pulcherrimas mulieres fecit uinũ dulce:& huiuſmodi peccaret. quod eſt falſum. ſunt enim creata aut producta ut debito modo

illis utamur: ſimiliter in propoſito ſenſibus aduerſus ſpiritũ concupiſcentibus reſiſtendo meremur: uirtus enĩ in infirmitate perficitur proper quod noluit Deus a Paulo carnis ſtimulũ amouere quamuis ter rogatus. Ad ſecundã dicendũ ꝙ cæli non niſi per ſpiritus & alia coporalia ſupradicta incitant: ſicut etiã complexio collerica aut ſanguinea ſic autem bomo incitãdo non peccaret: puta ſi corpus reſtauraret medicus: quare uenereis moueretur: non eſſet tamen inculpandus medicus: directe autem ad malum incitaret/& cum intentione mala/non cælorum/ aut anime ipſorũ/aut intelligentiæ motricis propriũ eſt: ſed demonũ. Ad tertiã dicitur ſimiliter: & additur ꝙ in peccato ſunt duo conſideranda: & actio quæ bona naturaliter eſt: & deformitas ſeu receſſus ab ordine debito quod eſt priuatio & nihil. primi deus eſt cauſa. non autẽ ſecundi. Ad quartã dictũ eſt qualiter cooperetur Deus. deinde dicitur: quod per ſenſus non prouocatur homo: quũ preſertim ammonitio preceſſerit: & libertatis clipeo conceſſo/ſe ipſum tueri poſſit: ſed potius ad pugnã uictoriãq; / eſt militẽ munitũ armatũ exponere. noſter enim gradus perfectionis corporeã narurã/& ſpiritalẽ complectitur: ex cuius natura corporali ex neceſſitate talẽ rubiginẽ contrahit. Ad quintã dicitur non eſſe ſimile de homine cõſiliante: & cæleſti principio inſtigante: niſi quom ab intelligentia ſpecies producerentur: ut ſupra: ubi nulla eſt ad uiciũ incitatio: dicitur ſecundoq; cælũ nullũ errorẽ cõmittit in actiõibus ſuis naturalibus quæ ad propoſitũ attineant: ſicut nec medicus uirtutẽ fortificans: ut ſupra. Ad ſextã dicitur ꝙ aſſimilatio effectuũ inferiorũ a cælis/non eſt in moribus: qui a uoluntate intrinſeca dependent ſed in aliis eſſentialibus/& accidentalibus. mores quidẽ ab aſtrologis conſiderantur/ſolũ in principiis corporalibus: quæ ſunt complexio inſequens materiã/& formã/corporis/& membrorũ/& humorũ/& ſpirituũ. ut ſic autẽ nõ ſunt uirtutes aut uicia. ſed ut a uoluntate libera dependent. Ad ſeptimã dicendum ꝙ non peccãt & ꝙ cæli iuſte agunt naturaliter: homo autem iniuſte aſſentiret moraliter. Ad octauã dicitur: ꝙ ſecundũ ordinẽ quẽ uidemus cæli non poſſent eſſe alterius naturæ: & dicitur ꝙ ſunt optimi/& ualde boni: nec per hoc dicitur Deus non omnipotens ſicut nec etiam/quia non poſſit errare/aut hominẽ eſſentialiter perfectiorẽ facere aut binariũ eẽ ternariũ: quia eius omnipotentia/per poſſibile abſolute cognoſcitur. Ad ultimã conceditur conſequens inductũ: & ad obiectionẽ dicitur ꝙ non apparent adeo eorũ ſenſus alterari: quia imperfectiores ſunt: nec tot poſſunt recipere differentias/quot hominũ ſenſus: ob eorũ imbecillitatẽ: quoniã quãto aliquis effectus incorporalibus nobilior eſt: tanto pluribus indiget: econtra eſt in ſpiritalibus. unde pluribus modis deficere pñt hominũ ſenſus/q̃ brutorum.

An leges & prophetæ ſint a ſtellis & cæleſtibus corporibus. Articu. xii.

u Idetur leges & prophetas/a corporibus cæleſtibus procedere. Si enĩ homines ad malos mores per ſenſus ab influxibus motos incitantur. ut ſupra habitum eſt: multo magis ad bonos/& leges obſeruandas/ & conficiundas. Itẽ Saturnus religionẽ ſuadet niſi male ſe habuerit. Iuppiter multo magis: igitur ſi ſeperati (quum fuerint ſignificatores particularium) ſibi ſubiecta/ad religionem prouocãt. coniuncti ſimul poterũt complures in idem compellere. tũ uel precipue quom alicuius uniuerſalis figuræ predominatores extiterint. Amplius ſi homines ad leges & religionem/per homines diſponantur: inconueniens

non eſt/ꝙ per cælorum formas nobiliores/Deoꝗ uiciniores diſponantur. antecedens patet de Moyſe. Vlterius experientia teſtatur.in coniunctionibus maioribus prophetas ortos fuiſſe & leges innouatas:ſapereꝗ huius uel illius planetæ naturã.puta moſaycam Saturni.&c. Item ſicut ad bella uniuerſaliter incitantur homines/q̃ ſunt plena malis:ita multo amplius ad religionẽ. Reſpondeo dicendum:ꝙ falſi prophetæ a cælis eſſe poſſunt:modo quo ſupra oſtenſſum eſt. inuidos/elatos mente & huiuſmodi ab animali natura ĩ temperatis ſtellis impreſſa/ ꝓuenire:eorumꝗ leges eo modo a ſuperioribus pendent.quo inuidia faſtus & eiuſmodi.ſed hominum ad illas applicatio minime. quum diuerſas nimis genituras & teperamenta habeant.Sed hi quidem prophetæ nõ ſunt. Veri autem prophetæ a cælis eſſe non poſſunt.ut aperta ratione oſtendetur. Prius tamen aperiendũ eſt experientiã nullo pacto demonſtrare potuiſſe/a cælis prophetas & Chriſti legem ortum habuiſſe. Licet enim experimentum principium ſit artis.ut Ariſto. teſtatur:& id in quo habetur fiducia.& Auicen.facit nos eſſe certos : & ſequendum eſt ratione contradicente.fallax tamen ẽ.ut ait Hypocras: niſi quedã obſeruentur:quorum unum eſt.eiuſdem reiteratio.ex multis enim memoriis cognitio colligitur Chriſti autem legis exordium per Moyſen tradita.per Chriſtum perfecta ſepe obſeruari non potuit.igitur &c.Legis uero maumeth inuẽtio a libera uoluntate pendere potuit.a cælis etiam.ut ſupra/ſed hominum cõmunis conſenſus nequaquam.non enim ſpõte creuit error ille.ſed minis/armis atꝗ ui. quæ media agreſſoribus non deficiunt.cui nunquã peritus philoſophus/ quamq̃ in ea nutritus adheſit.ſed potius(ut Auicen.demonſtrat)uituperauit. Cunctis enim palam eſſe poteſt ob gloriam/famam/ac dominium/rudes populos illexiſſe. nullo diuinitatis ſigno in uita adhibente/aut in morte aut poſt mortem/ per ipſum maumeth aut ſuo nomine per alios:nullis enim predicentibus oraculis aut prophetis dogmata etiam non adduxit in medium/quæ a mediocri ingenio inſtitui nõ poſſent.& uera falſis miſcuit. temporalia bona pollicendo : lac/& mel.ſ. quæ porcis potius q̃ intellectualibus ſubſtantiis competunt quare ueluti iniquum quoddam cõmune malum/a cælis eſſe non potuit:ſicut Chriſti lex ob eius ſupernaturalem perfectionem/ut infra apertum fiet. Secundo oſtenditur idem ratione defectus quarundam conſiderationum/quæ neceſſarie ſunt/etiam ſecundum aſtrologorum auctoritatem.nam poſt coniunctiones(in quas ipſi reducunt) tot annis lex inſtituta eſt per Moyſen & Chriſtum perfectam/ipſorumꝗ natiuitates ut per medias atꝗ minores exponi(ut uerbis Aly utamur)oporteat/quas ſiquis inſpexerit nullo pacto concordes inueniet.quare aut ipſi neceſſarias conſideratiões poſthabuerunt/aut leuiſſime & ineptiſſime extraꝗ ſuos canones/ de illa iudicarunt. Tertio hoc idem oſtenditur/ex earum rerum uariis opinionibus / atꝗ auctorum diſcordia.quidam enim in Solem/quidam ĩ Mercurium/Chriſti legem reducunt.unde experientia iſta multum debilis eſt. Ptolemeus etiam iſta prætermittens & nihil faciens aſtrologorum peritiſſimus/ latenter nullam eſſe opinionem iſtam ſuadet.

Idem rationibus efficaciſſimis conuincitur. Aut enim lex/per Moyſen tradita uera eſt/aut non.ſi nõ.igitur a cælo eſſet hominum deceptio.ſi cælum(ut aiunt) eſt illius cauſa.Itaꝗ miſeros homines/fragiles cælum illuderet/deciperet/defraudaret/& in fallaciam duceret.quod eſt iniquiſſimum & a ueritate alienum. ſi ſic igi

tur/& uera ſunt quæ in ipſa continentur. continetur autem in ea/a deo im̃ediate & ſupra rationem humanam & naturæ potentiam conditã eſſe legem / ac ſignis confirmatam igitur &c. Vlterius aut Moyſis & Chriſti: una eſt lex eadem: aut due: ſi duas eſſe dixerint quæ in ueteri ac nouo teſtamento traduntur/non intelligunt. Moyſes enim & Iahacob & alii prophethæ complures / Chriſtum uenturũ legem perfecturum dixerunt. Chriſtus etiam ſe legem ad impleturum aſſeruit. Paulus apoſtolus: non nouã legem prædico uobis: alibi multifariam multiſq; modis &c. Sic igitur falſa eſſent ab illis prolata: & ſic idem ſequeretur inconueniẽs: ſi uero una lex eſt: non igitur quælibet magna cõiunctio diuerſas leges inſtituit.

At beſtiales iſti aſtrologi dicent ꝙ licet non noua lex ſtatuatur: nouis tamẽ cerimoniis reformat᷑. ſed iſti ſibi ipſis aduerſi ſunt: quanta enim inter cauſas diuerſitas reperitur/tanta in effectibus affirmari debet. modo: ipſimet alterã traditionẽ & prophetã/in Saturnũ reducunt: alteram in ſolẽ/uel mercuriũ: quæ quantũ diſtent/ipſis conſiderandũ relinquatur. Præterea ſi leges a coniunctionibus pendent: igitur ſicut plures coniunctiones eſſe poſſunt: ita & leges: quod ipſi concedunt: tunc ultra aut una ſufficiens ad hominũ ſalutẽ eſt: aut non: ſi ſic cæteræ igitur ſuperfluunt: natura ergo fruſtra aget: & deus. ſi uero non nulla igitur harum per ſe ſequenda eſt. nec etiam omnes ſimul: quum adeo aperte ſibi aduerſe ſint: ut ipſi fatentur. Sed qui ſic aiunt nulli legi fidem adhibent in corde ſuo: & ſic cælum crudeliter illudere mortales confitentur. quod ſapientibus iuſticiam Dei cõſiderantibus eſt impoſſibile. Adde ſi omnes leges a cælo ſunt: igitur pariter illis adhibenda fides eſt: aut igitur omnibus: & hoc non: quia aduerſantur inter ſe. ut dictum eſt. aut nulli. & ſic idem quod prius. Item fieri non poteſt ut cælum aliquid efficere intendat: & tamen actione illa contrarium producat: hoc autem ex dicta poſitione ſequitur: nam ſi leges a cælis ſint/nil aliud intendere poteſt cælum: q̃ homines ad bene/beateq; uiuendum ducere. contrarium huius tamen credendi manifeſta traderetur occaſio: nam (ſic rebus ſe habentibus) lex non ſuper naturaliter tradita eſt: & prophetarum dicta falſa ſunt: eam ſuper naturaliter traditam eſſe affirmantium. Itaq; non pluris uenerationis/aut obſeruantiæ lex eſſet: q̃ bella/rixe & huiuſmodi a cælis pendentia: quod eſt abſurdum. Adhuc ſi ſic: igitur prophetæ nil predicere poſſunt/quin per aſtrologum poſſit predici: itaq; aſtrologi ꝓphetæ eſſent: & ſi docti & furore afflati fuerĩt: nõ tm̃ gñalia ſed ẽt particularia ꝑdicere poterũt: quũ igi. aſtrologi cõplures/& oĩ tpe cõperiant᷑/ non eſt opus hoꝝ ꝓphetaꝝ aduẽtu. Eſt igi. dicẽdũ chriſti legẽ/q̃ a mundi prĩcipio in cordibus hoĩum ſcripta fuit poſt p Moyſẽ tradita/p chriſtũ ꝑfecta/ſupnaturali lumine fuiſſe traditã/ad ſalutẽ hoĩum in altiorẽ finẽ ordinatoꝝ/q̃ hũana fragilitas poſſit expiri/& ne hæc caſu eẽ facta qſq; putare poſſet/q̃ uentura erãt/per ꝓphetas/ẽt inopinabilia (ꝑter ſpem oẽm mortalium) particularia ꝑdicta fuere/miraculis poſtea p Moyſen roborata circa terrena. reſerata tandẽ per chriſtũ/ nõ ſolũ in uita/ ſed in morte/& poſt mortem/per ſe & p alios/non ſolũ circa inferiora/ uerum etiã circa cæleſtia corpora/ut chriſtũ dominũ celoꝝ oſtenderent. caueant igitur etiam atq; etiam caueant. ne in hunc lætiferum peſſimumq; errorem incidant. tam leuiter promulgatum. tam pueriliter inuentum. tam inepte ignareq; concluſum. in quẽ facile phi/ac fidei lumine carẽtes/cãs cognoſcere cupiẽtes ĩciderũt. Ad rõnes

igit̃ in cõtrariũ dicẽdũ/negãdo antecedẽs & conſequẽtiã.ut ex ſupradictis patet. Ad ſecundã dicitur cõiunctiones illas/homines ad bene uel male uiuendum poſſe incitare ſed precipue per ſignificationẽ particularẽ natiuitatũ aut reuolutionũ. non autẽ poſſe ad hanc uel illam religionẽ inducere.ob multa ſuperius adducta. Ad tertiam dicitur ꝙ cõueniens eſt non ab homine/ſed per hominem/hominẽ inſtrui in rebus fidei/Deo iubente ac ordinante:non autẽ intrinſecus inſenſibiliter induci:ſicut etiã caduca & uitioſa quãdoq; inſurgunt. Ad quartã dicitur illud potius a regione hebreos oriundos aliunde/q̃ a lege pendere.q̃q̃ multaꝝ proprie/tatum dictaꝝ in alias cauſas referri poſſunt. Ad ultimã dicitur primo negando conſequentiã:quia ad bella incitantur corporibus cõmotis:ut ſuperius declaratũ fuit.ad leges aũt/tot ſupernaturalibus confirmatas/ſupernaturali agente illuminari & dirigi debuit hominẽ.quare ut Auguſtinus ait.ut homo fidentius ambula/ret ad ueritatem/ipſa ueritas Dei filius inſtituit atq; fundauit fidem.

### Quæſtio tertia de natura partium cæli.

### An cælum ſit ſubſtantiæ fluxibilis. Articulus Primus.

VIdetur ꝙ cælum ſit ſubſtantiæ fluxibilis:non autem ſolidæ. Quãto enim aliquod corpus leuius eſt:tãto rarius & etiam. quãto rarius/tanto fluxibilius:ſed cælum eſt leuiſſimum.quũ locũ ſurſum ſibi uendicet:igit̃ &c.ſi aũt negaret̃ corpus rarũ & denſum eſſe cælũ.audiant Ariſtotelẽ dicentẽ ſtellam partẽ ſui orbis denſiorẽ eſſe. Præterea ſi cæli habent materiã/ſcd̃m phõs complures & ꝓcipue iuxta ſñiam theologoꝝ:ſed ſoliditas in corpore ubi eſt materia/ubi ẽt nõ eſt poroſitas/nõ põt eſſe cũ paucitate materiæ:multitudo quoq; materiæ/in lõga diſtãtia uiſum impedit.& radios multiplicat & reflexos & refra/ctos facit.hæc aũt in cælo nõ apparẽt.Igit̃ fluxibilis eſt ſubſtantiæ. Item ſol eſt fluxibilis ſubſtãtiæ.ergo & alie partes.cõſequẽtia cõcederet̃ ab oĩbus.antecedẽs oſtendit̃.ſol ignis ꝓprietas habet.ergo eſt ignis.cõſequentia nota qm̃ id eſt unũ/quodq;/ꝙ ꝓprietates illius rei habet:& operationes ꝑficere aptũ natũ eſt.aſſum/ptũ arguit̃:quia lucet/calefacit/ignẽ generat/& aĩalia gignit ex putrefactiõe:quæ oĩa igni ꝓpria ſunt:ſed ignis fluxibilis eſt ſubſtãtiæ igi.&c. Nec obſtat ſi diceret̃ cælũ circulariter moueri:elemẽta ãt motu recto:qa licet ignis extra ſpherã motu a medio moueat̃:in ſphera tñ circa mediũ ſeu circulariter mouet̃.aer ẽt ſimiliter ut fatent̃ phĩ ac expiẽtia in ĩpreſſionib9 metheorologicis. In cõtrariũ manifeſta rõ expiẽtia cõprobata cõcludit.Videmus.n.eiuſdẽ orbis ꝑtes æq̃liter a ſe inuicẽ diſtare:ſicut olim ꝑ oĩa elapſa tpa ſcripture cõprobãt diſtitiſſe.ſi uero fluxibilia eſſent/hoc fieri nõ poſſet.igi.&c.cõſequẽtia nota.maior ad ſenſũ.minor declarat̃/aut.n.in cælo ẽ aliq̃ reſiſtẽtia ad motũ aut nõ.ſi nõ igit̃ mouerent̃ cæli in nõ tpe. ſicut de ſimpliciter graui cõcludũt phĩ moueri in uacuo niſi diceret̃/nõ ſcd̃m ultimũ ſui poſſe mouere cæloꝝ intelligẽtias qđ nõ eſt naturale.ſi ſic/igit̃ uaria exiſtẽte reſiſtẽtia/& eadẽ motiua potẽtia uaria ac diuerſa uelocitas motuũ ſeq̃t̃:ſed re/ſiſtentia uaria eſt/& motiua potẽtia actiua eadẽ.igit̃ ꝑtiũ ſic ſe hñtiũ nõ ꝑñt eſſe æque ueloces motus.conſequẽs.falſum igit̃ id ex quo ſequit̃:quod aũt potentia mouens ſit eadẽ unuſq́q; cõcedit/ſiue anima ſit cæli/ſiue impreſſio/ſiue applicata itelligẽtia:ſed ꝙ reſiſtẽtia uaria ſit apte ex hoc apparet.nã eiuſdẽ octauæ ſpheræ

ptes ſunt in oibus ꝓprietatibus uariæ.patet in luciditate & diaphanitate/& opaci
tate & obſcuritate/denſitate & raritate/caliditate & frigiditate:& ſic de ceteris ꝓ/
prietatibus.igiť & in una maiorē q̃ altera ad motū aptitudinē reſiſtentiā cōpiri
neceſſe eſt:eiuſdē tñ paralelli partes uidemus æque uelociter moueri:licet diuer/
ſe reſiſtentie ſint.igiť opus eſt ꝙ aut ſit ſolidæ ſubſtātiæ/ad hoc ut æque uelociter
moueanť:aut ꝙ intelligētia mouēs cōtinue in æquali diſtātia & eodē ſitu partes
cōtineat:quod nō eſt philoſophicū. Amplius ſi cælum ſit fluxibilis ſubſtātiæ:&
diuerſo modo ſint ptes ad motū apte:diuerſeq; reſiſtentiæ:ſequiť quod dictū eſt.
ſi uero diceretť oēs eſſe equalis reſiſtentiæ,ſequiť ſaltim ꝙ infinitis modis & men
ſuris applicaret uim ſuā infinitis ptibus intelligētia mouēs.cōſequēs falſum & in
cōueniēs.cōſequentia declaratur.nā in infinitū modice uelociter mouetur aliqua
pars cæli uerſus polū.ergo in infinitū modicā uirtutē applicat intelligētia diuer
ſis ptibus cæli:aut erit opus partes diſſolui:& inequaliter diſtare ut prius.qđ eſt
cōtra experientiā. Vlterius cælum nullo mō eſt corruptibile ſcđm philoſophos:
ſecundūq; theologos habet formā facientē materiā.ſi autē cælum fluxibilis eſſet
ſubſtātie corruptibile eſſet:nā ſigneť cælū lunæ ſeu ſphera eiuſdē tota/ex ſua tota
materia & arguiť ſic nūc eſt cælū & hinc ad horā nō erit.ergo eſt corruptibile ali
quo modo:qa quod deſinit eſſe:uel habet nō eſſe poſt eſſe corruptibile eſt.ꝙ aūt
hinc ad horā nō ſit.poſſibile eſt.ſi ſit fluxibilis ſbē.quia pōt pars eius a toto ſepa
ri:quare reſiduū non erit idē totū. Adhuc ſi ſic.igitur eſt cōdenſabile & rareta/
ctibile.& per conſequēs grauius & leuius effici pōt ſcđm diuerſas partes.ex quo
ꝓdicta ſequunť incōuenientia.dicere aūt cæli ſubſtantiā bipedalis q̃titatis cōden
ſatā ad pedalem extenſionē/qua medietas eius extendebať/eſſe eiuſdē reſiſtentie:
& ad motū ſimiliter aptā.eſt ineptiſſimū. Ad rationes igitur in cōtrariū dicen/
dum ſcđm Ariſto. ꝙ in cælo nō eſt grauitas aut leuitas.& ꝙ ſurſum & deorſum
ꝓprie ſunt in mūdo corruptibili.Secundo rñdetur tenendo in cælo eſſe materiā
negando ſecundā propoſitionē.ſ.quāto aliquid eſt rarius tanto fluxibilibus/ſunt
enim quædā inequæ rara:& tamē nullum illoꝝ fluxibile eſt/ſunt etiā quædā ſo/
lidæ ſubſtantiæ rariora & leuiora certis datis aquis aut humoribus fluxibilibus.
Ad ſecundā diciť negādo ſoliditatē exigere maiorē quātitatē materiæ q̃ aliquod
fluxibile ut dictū eſt.negať etiā ꝙ longa diſtantia in maxime dyaphanis radios
impediat refrangat reflectat &c. Ad tertiā negať aſſumptū primū.& ad ꝓba/
tionem diciť ſolem nō actu ſed uirtute qualitates & uires illas excellentiore mo/
do continere:alteriuſq; ſpeciei.generatio etiā ignis a ſole equiuoce eſt:ignis autē
ab igne uniuoce.diciť etiā ignē motu raptus in ſphera moueri.ad quē eſt indiffe
rens.cæli aūt motu proprio mouentur circulariter & ſcđm naturam.

**An omnes cæli partes eiuſdem ſint uirtutis & proprietatis. Articulus.ii.**

Vibuſdā forte aſſerendū uideretur oēs cæli partes eſſe eiuſdē uirtutis:
q & ꝓprietatis:quāto.n.corpus ſimplicius eſt/tanto in eo minor diuerſi/
tas reperiť:ſed cæli ſimpliciores ſunt inferioribus cōpoſitis ex elemētis:
igiť in eis minor ptiū diuerſitas repiť q̃ in inferioribꝰ.repiunť aūt inferiora q̃dā
mixta/partes hñtes/nullam diſtinctionē aut inſenſibilem/uirtutis cōtinentes.ſicut
homogenea.lapides &c. Præterea ſi cælum materiā & formā habeat:quū uirtu
tes uariæ a uariis formis procedant:ſequeretur / uarias partes uariaꝝ uirtutū di/

uerſas habere formas.cōſequēs falſum eſt.quia eiuſdē ſpheræ unica forma eſt/aut ſaltim eiuſdē orbis.ſi aūt nō habeat materiā ſed ſit eſſentia ſimplex:ſequeret̄ eandem ſpherā uel orbē diuerſaꝝ ſbāꝝ ſimpliciū hr̄e diſtinctionē in ſe.ꝗ eſt falſum/ qm̄ minus eſſet ſimplex quā ex elemētis compoſitū ſit. Amplius maior in cælis differētia repta/illa eſt quæ inter aſtrū & alias ꝑtes dyaphanas reperitur.ſed aſtra ſcđm Ariſt.eiuſdē ſunt nature cū corporibus in qbus ſunt.igit̄ multo magis relique. Item q̄cūq; hn̄t ſimiles potiores ꝓprietates etiā alias ſimiles(quæ ignobiliores ſunt & ab illis cauſate)hr̄e debēt:ſed aſtra & alie partes cæli.hn̄t ſimilē motū & lucē.ſolū.n.ſcđm magis & minus differūt:quæ nō uariant ſpeciē.igitur &c.

In cōtrariū eſt experientia/& rō manifeſta.uidemus.n.quaſdā partes eſſe lucidas:quaſdā tenebroſas/quaſdā dyaphanas/quaſdā opacas:ut luna eſt.quaſdā calidas/quaſdam frigidas:& ita de cæteris.patēt ꝑdicta de ſole/luna/ſtellis tenebroſis/ occultis/nebuloſis/lucidis/uia lactea &c.ſimiliter de aliis uiribus occultis. Itē rationibus cōcludit̄ diuerſa enim accidētia multū diſtātia in ꝑfectione diuerſas uirtutes ſeu uires demōſtrant:quū unūquodq; ſcđm ſuas formas ſubſtātiales uel accidentales aut gradū actus/quē inter entia obtinet operet̄:quare ſiquid accidens huic nō illi parti cōuenerit/uariā illius partis uirtutē oſtēdit. Item diuerſa inſtrumenta actiones & agētia potentiā uariant.ſed inter accidētia/nōnulla tāq̄ inſtrumenta ſunt ipſius agētis ſubſtantiæ:ſicut calor ignis:frigiditas aque igit̄ his accidentibus uariatis uariant̄ habentiū illa & per illa operantiū potentiæ.in partib9 aūt cæli diuerſis/ſunt diuerſa accidētia actiua ſenſibilia:ſicut calor/frigus &c. & inſenſibilia ſicut huius attractiua expulſiua motiua & ſimilia.igi.&c. Præterea ſi oēs partes cæli eiuſdē eſſent uirtutis/fruſtra cæli mouerent̄.quod eſt abſurdū. cōſequutio aperta eſt.nō quidē ob aliū finē mouentur cæli niſi quia aut diuerſa agentia/diuerſis terræ partibus aut alterius elemēti/uel corporis deferant̄.calefactio nempe motū ſequēs:eſt effectus per accidēs:ſequēs partiū ſubtiliū a groſſioribus diſſolutionē:iuxta ea quæ philoſophi de motu cōſiderant/aut (ſicut aſtrologus noſcit)non ſolū corpora cæleſtia/aut eius partes per motū deferri:uerum etiā & ipſaꝝ uirtutes:ut infra in q̄ōne de uiribus impreſſis palā faciemus.modo ſi cæloꝝ partes eiuſdē eſſent uirtutis:quicq̄d per unā partē/per aliā quoq; fieri poſſet: itaq; incaſſum mouerent̄ cæli. Amplius ſi ſolum motus uarius cæloꝝ/ob ſtellas deferēdas ordinatus eſſet:nō aūt ob alias cæli partes:tūc ſequeretur ꝗ aut primi mobilis:motus fruſtaret̄/aut ob alias inferiores ſpheras mouēdas ſolū eſſet ordinatus:& ſic primus eſſet rōne poſterioris/q̄ incōueniētia ſunt.cōſequutio ſic reſeratur.quū in primo mobili iuxta aſtrologoꝝ ſn̄iam aſtra nō ſint/iam motus eius eſſet ſupfluus.ſi uero ob alias ſtellas deferēdas moueat̄:ſecundū ſequeret̄ inconueniens. Adhuc quæ ſunt diuerſi motus/uarias habēt uirtutes agēdi in inferiora.cū quia diuerſo modo patiētibus applicantur:tum etiā quia uario modo uires impreſſe deferunt̄:ſed pauce cæloꝝ partes motū habēt:eque uelocē aut ſimilem/ per ſimilia ubi:ut patet intelligentibus.ratione motuū uariis ſpheris cōpetentiū. igit̄ diuerſas uires habēt. Rurſus ſcđm uariā diſtantiā partiū cæli inter ſe.& ad alia cæleſtia/uarias acquirūt ſibi uires.ſed iſte continue uariæ ſunt:reſpectu poloꝝ/equatoris/zodiaci/& alias igitur &c. Ad rationes igitur in cōtrariū dicendū ꝗ corpus ſimplex dicimus/non ob accidentiū/aut uiriū paucita ē:quia ſic anima

intellectiua minime ſimplex eſſet:ſed ob ſubãꝶ (ex quibus cōponatur) minorem numerũ:aut actu:aut ſaltem in uirtute/uel potentia:ſcđm igitur opinionē propriam dico:cælum eſſe cōpoſitũ ex materia & forma faciante materiã illam/habente in ſe plures uires/per diuerſas partes diuerſo mō diſpoſitas exercēdas/unde q̄tum ad numerũ cōponentiũ/cælum elemētis nō eſt ſimplicius:ſed ſimplicius dici poteſt quantũ ad componentiũ indiſſolubilitatē.quantũ uero ad uirtutes ſuas longe maiorē numerum uirium habet:ſed illud minus ſimplex cælum non facit. Ex his patet qđ ad maiorē:quid etiã ad minorē dicendum ſit. Ad ſecundã dicitur negando antecedens quia membroꝶ hominis ſunt diuerſæ materiæ diſpoſitiones & uirtutes uarias ab unica ſimpliciq; forma ſubſtantiali ſortiuntur:ſcđm aliã opinionē neganda eſt cōſequentia. Ad tertiã dicendũ ꝙ Ariſt.intellexit naturam eandē genericã:aut ſpecificã quæ diuerſas uirtutes cōpatitur. Ad ultimã dicitur ꝙ aſtra in luce & reliquis cum aliis partibus & inter ſe/ſimilia ſunt/ſimilitudo autē non eſt omnimoda:tamē etiam differunt in motu:quia alter altero uelocior:diuerſis polis:diuerſiſq; modis uariantur.

An omnes cæli partes ſint eiudem ſpecialiſſime. Articulus.iii.

ſ Vcceuſet fortaſſis nōnullis oēs cæli partes eiuſdem eſſe ſpeciei ſpecialiſſime:&ꝑſertim de his quæ eiuſdē ſpheræ ſunt partes.quæcũq; ſunt unũ numero ſunt etiã unũ ſpecie.ſed oēs partes eiuſdē ſpheræ ſunt unũ numero:quia oēs partes ſunt ſuũ totũ / quod eſt unũ numero.igitur &c. Præterea ſpecies diſtinctæ motus habēt diſtinctos:ſicut operationes:ſicut etiam uirtutes:& eſſentias.ſed omniũ cæleſtiũ unus eſt motus.ſ.circularis.igi.&c. Item quæ ſunt diuerſaꝶ ſpecieꝶ ſunt diuerſaꝶ figuraꝶ ſicut in inferioribus patet maxime in ꝑfectis.ſed omnes cæli/aſtraq; omnia ſunt eiuſdem figuræ ſphericæ.ſ.ergo &c. In cōtrariũ eſt experientia.& ratio illam cōfirmat.uidemus.n.ſenſu diuerſas partes cæli/uarias habere ꝓprietates.quædam enim lucide ſunt:quædã minime.quædam lumē recipere/ueluti denſe ſicut in ſtellis euenit.quædã uero tanq̄ opace.ut patet in luna.alique calide ſunt alique frigide. Amplius indiuiduoꝶ pluralitas in eadem ſpecie/eſt ad illius ſpeciei conſeruationē ordinatã:in incorruptibilibus igitur illud ſupflueret.quēadmodũ cæli ſunt:ſicut etiã in ſubſtantiis ſpiritalibus cōtingit:de partibus aũt eiuſdem totius integralis per unam formã aliter dicendum eſt.ipſe.n.nō differũt ſpecie nec numero ꝓprie:quia nō ſunt actu per ſe exiſtentia ſicut indiuiduũ requirit.cui maxime ratio unius cōuenit.ſ.eſſe a ſe indiuiſum & diuiſum a quocũq; alio.ſed differunt accidentaliter/ſicut animalis membra:quare ſubſtātie cæleſtes quæ differũt numero ēt ſpecie differunt.partes uero eiuſdē totius/nec ſpē differũt/nec ſunt eedē ſpē:nec numero differũt/nec ſunt idē numero ꝓprie loquendo. Ad rōnes igitur in cōtrariũ dicendũ.Ad primã rñdetꝰ ꝙ licet omnes partes ſimul (iuxta nominaliũ ſententiã) ſint ipſum totum ex hoc tamē nil aliud haberi poteſt q̄ ꝙ omnes partes ſimul ſint unũ tertium quod numero eſt unũ:non tamē ꝙ ſint unum inter ſe.quod requiritur ad ueritatē antecedentis. Ad ſecundã dicitur. Primo ꝙ prima propoſitio eſt falſa:quia lapis & terra non habent motus ſpecie diſtinctos.Secundo dicitur ꝙ & ſi uera eſſet minor falſa eſt:motus enim cæloꝶ multipliciter diſtinguũtur:quia quidam eſt naturalis:quidam indifferens ſicut raptus:quidam ſimplex/quidam ex pluribus re/

ſultans/quidã ab oriente in occidens/quidã per polos zodiaci:quidã uelox/quidã tardus &c. Ad tertiã dicitur maiorẽ eſſe falſam.elemẽta.n.ſpherica ſunt & multa mixtoꝝ.Secũdo dicitur minorẽ eſſe falſam ſicut infra ĩmediate apertũ fiet.

An omnes ſtellæ ſint ſphericæ figuræ. Articulus.iiii.

Vdicãt pleriq; phi/atq; aſtrologi oẽs ſtellas eſſe eiuſdẽ figuræ ſphericæ. i ſenſus.n.bene diſpoſitus nõ decipit̃ circa obiectũ ſuũ/ſed ſenſus iudicat illas eſſe ſphericæ figuræ.igit̃ ita ſunt. Præterea quũ cæleſtia corpora multũ uelociter moueant̃ oportuit figurã illã habere quæ ad motũ aptiſſima ẽ. ſed ſpherica figura eſt ad motũ mouentis applicati aptiſſima igi. Amplius pfe/ctiori corpori pfectior debet̃ figura.huiuſmodi aũt ſpherica ẽ.capacitatis.n.maxime eſt/& cõtinentiæ/unicaq; ſuperficiæ cõtenta.prima etiã figuraꝝ omniũ. Rurſus cæli manifeſte ſphericæ figuræ ſunt aſtra quoq;.patet in luna circulari/ter lumen recipiente. Itẽ ſicut Ariſt.argumentat̃ in libro de cælo/aſtra nata nõ ſunt moueri per ſe.igit̃ natura dedit illis figurã minime aptam ad motũ per ſe/in quo neceſſaria eſt membroꝝ diſtinctio.ut patet in animalibus. In cõtrariũ ar/guitur.natura in oĩbus diuerſitatẽ intendit in qua totius mũdi pfectio conſiſtit: quare tot ĩnumeris ſtellis difficile eſt naturã dediſſe figurã eandẽ. Poſtea diuer/ſæ figuræ diuerſis actionibus uario modo deſeruiẽdo magis cõueniunt:quũ ua/rio modo linee radiiq; fortificati agant:qa aũt uariis ſtellis uariæ uires & actio/nes deſeruiũt:ſequit̃ intentũ. Etiam generabiles & corruptibiles formæ inferioris mundi ſupioribus ſubdunt̃ ut oſtenſum eſt.ſed iſte ſunt ſemp pene diuerſaꝝ figuraꝝ.igitur & ille ſupiores. Adde reſultans differẽtia ex minori diuerſitate: multo magis ex maiori reſultare debet:ſed in inferioribus ex diuerſitate numerali diuerſa reſultat.figura igitur ex ſpecifica cæleſtiũ/maior reſultare debet. Item uariæ ſubſtantiæ uaria accidẽtia & terminationes ſibi uolunt.ſupiora aũt multũ uariæ ſunt in ſubſtantia.igi.&c. Amplius cæleſtia corpora uiua ſunt.ſicut eoꝝ nobilitas expetit/ſicut aſtrologi putant.Aug. ſub dubio reliquit dubitans an ad ciuitatẽ ſupernã Sol & Luna aliaq; aſtra ptineant.ſed uiua organica ſunt.ſubie/ctum.n.aut materia animæ organica eſt.igit̃ nõ ſphericæ figuræ. Adhuc ſi fi/gura accidens ſit:ſicut pleriq; philoſophi tenẽt:uidetur neceſſario dicendũ ipſam uariari ad ſuaꝝ ſubſtantiaꝝ(a quibus pendent) diuerſitatẽ.ſtellæ aũt ſpecie differunt.igi.ſubſtãtiæ ſunt diuerſæ. Videtur igit̃ rationabilius dicendũ ſtellas di/uerſaꝝ eſſe figuraꝝ:& q̃q̃ rõnes ad hoc oſtendendũ minime demõſtrent.ſed nec pauciores nec debiliores ſunt primis.ideo ad alias r̃ndetur. Ad primã igitur di/cendũ eſt:ꝙ ultra prædictas ſenſus diſpõnes requirit̃ non ſolum obiecti præſen/tia.mediiq; debita diſpoſitio:ſed etiã diſtantia debita.quod in caſu deficit. Ad ſecundã dicitur ꝙ Ariſt.contrariũ ſumit ad aliud oſtendendũ.ſ.figurã ſphe/ricam eſſe minime ad motũ aptam.ſed quicqd ſenſerit Ariſt. r̃ndetur dicendo ꝙ maior uera eſt de corpore circulariter mouente ptes aut alia in eo incluſa:& cir/culariter moto.aſtra uero mouent̃ ad motũ alterius affixæ ſphæræ/orbi aut an/nulo:quare eque bene poterũt moueri/ſi qualiſcũq; figuræ fuerint. Et ſimiliter eque uelociter ſicut patet ſi annulus tali uelocitate moueat̃ nihil intereſt ſi lapil/lus triangularis/aut ſphericæ figuræ fuerit.& per hæc ſolutio patet ad tertiam. Ad quartã dicitur non eſſe dicendum nullum aſtrum eſſe ſphericæ figuræ imo

defacto de multis aſſerendū uidet̃.ſed qa argumētū nō cōcludit quo utit̃ Ariſt.
in lib.de cælo.ideo rñdendū ſi qs uellet oppoſitū tenere.rōne diſtantie cōtingere/
radios angulares ad oculū nō puenire:ideoq; ſphericæ apparent:figuræ/ſicut etiā
in inferioribus patet.lumē aut ignē aliq̃tulū diſtantē apparere ſphericæ figuræ.
Ad ultimā quæ eſt Ariſto.dicit̃ primo ꝙ negari poſſet aſtra nō eſſe animata.nec
in cōtrariū ratio ulla cōcludere pōt:ut ſupra habitū eſt. Secūdo dicit̃/ꝙ licet ina
nimata eſſent/adhuc nō ſequit̃ intentū aduerſarii:qm̃ licet ſpherica figura ad mo
tū animati ineptiſſima eſſet/ quod negari poſſet:tñ nō oībus aſtris tributa eſt/ob
alias cauſas & rōnes ſupius in cōtrariū aſſignatas. Hucuſq; cū phis nr̃a diſputa
tio fuit:cū his quoq; qui fundamēta aſtrologiæ noſcere cupiūt:qbus & eam eſſe
ſcientiā/recteq; repertā oſtendit̃:cælos nō mediocre in rebus inferioribus hr̃e do/
miniū:longeq; maius q̃ pleriq; phōꝝ putent cōuincitur:parteq; intellectiuā/& ea
quæ ad illā per ſe attinent ab illoꝝ uiribus eſſe libera aperit̃.qbus quot etiā me/
diis cælū agat(ultra ea quæ phiæ ſunt ꝓpria) nudū fuit qualis etiā ſoliditatis ua
rieq; uirtutis ſint cæli declaratū fuit:ut ecentricoꝝ epiciclorūq; motus non ab re
(diuino lumine participato)recte aſtrologos ſtatuiſſe intelligatur. Poſt hac ag/
gredienda iā ſunt ea q̃ aſtrologis ꝓpria ſunt.qbus in rebus ſi qs ꝑficere uoluerit:
ſenſumq; nō negare/opus erit philoſophica nō paꝝ trāſcendere:& aſtrologi ꝑſonā
induere.duplici quidē de cā.Prima qm̃ hæc ſciā naturalis nō eſt.ut ſupra.Secū/
da qm̃ ea lege noſtrā aſtringimus fidē pluribus in locis/ſic noſtrū ſermonē texere
ut ſoli qui ad aſtrologiā animū applicuere intelligāt:ne tā facile antiquoꝝ labo/
res/maxime induſtriæ/& incōmoditatis/in ſe transferāt aduerſarii/atq; poſſideant:
ſunt eqdē cōplures qui omni diligētia/atq; induſtria q̄rūt aſtrologiæ ſecreta:dein
de ut obſequiū p̄ſtent aliis/illi publice detrahunt.ſimili cā in rñſionibus ad argu
menta Ioānis Mirandulenſis eodē modo ꝓcedetur. qñq;.n.ſola argumenti eno/
datione ſatiſfactum putabitur.& ſi cauſa dictoꝝ minime afferretur in mediū.ad
uerſarii quidem reſpondentis officium eſt/argumentū in totū euacuare.

## Quæſtio quarta de numero ſpherarum.

### An octo tm̃/nouem/uel decem ſint ſpheræ mobiles. Articulus Primus.

CRedūt pleriq;/octo tm̃ eſſe ſpheras.Quāto.n.aliquod corpus
nobilius eſt/tāto nobilioribus partibus exornat̃.corpus autē
cæleſte ſupius nobilius eſt.igit̃ debet nobilioribus partibus
exornari.ſed in inferioribus ſtellæ cōperiunt̃:q̃ maxime ſunt
uirtutis inter alias ꝑtes.igit̃ & in ſupiori eſſe deberent.conſe/
quēs falſum ut patet experientia.Itē ſi diceret̃/in nona ſphera
eſſe ſtellas:ſed nobis nō apparere:contra aut hoc accideret rōne debilitatis lucis:
aut rōne diſtātiæ.ſed utrūq; iſtoꝝ defectum arguit ſtellaꝝ illaꝝ:quū aliaꝝ ſphe/
raꝝ ſtellis nihil illoꝝ accidat. Præterea ſi qua ratio ad ponendā nonā ſupiorem/
p̄cipue ea eſſet/quæ cōiter adducit̃ in mediū:ꝙ unius corporis cæleſtis unus tm̃
motus ꝓprius ē.motus aūt diurnus nō eſt ꝓprius octauæ ſpheræ:quū alio motu
moueat̃.ut patet obſeruātibꝰ fixaꝝ loca:quæ nō ſemp equaliter a capitibus arie
tis & libræ/aut equatore/aut polis diſtāt.erit igit̃ ꝓprius alterius ſpheræ.nō quidē
inferioris/quū ſupiora ab inferioribus nō regulent̃ in motu:ſed potius ecōtra.ſed
hæc nulla eſt demōſtratio.quod ſic apte oſtendit̃. Quærit̃ ab his.quū ſtellatū

cælū ꝑ illos mouetur motu diurno/quo pacto mouetur:dicent motu raptus : ra/
pit enī primū cælū cæteros ob cæloꝝ contiguitatē.ſic igitur uis illa mouens pri/
mū mobile/mouet ēt raptu cæteros inferiores.ſed totū illud quod ipſi ponunt ex
trinſecum ponemus intrinſecū.ſicut.n.uis illa ſuperioris mouētis in inferius cæ/
lū impreſſa/motorē propriū inferioris cōpatitur.ita & uim motoris p̄ſentis com
pati poterit. Præterea alio mō predictā rōnem diſſoluemus:dicendo opus nō eſ
ſe corpus ab intelligentia motū eſſe continuū:ſi.n.corpus aereū/ ab intelligentia
formatū & aſſumptū/ab ea mouetur/debilis intellectus eſſet dicere : ꝙ ad hoc/ut
ab eadē moueri poſſit/neceſſe ſit illud eſſe continuū.ſic in ſpheris dicimus plane/
taꝝ ecentricos & epiciclos ab eadē intelligentia poſſe moueri : ſicut animal unū
brachioꝝ ſurſum alterū uero deorſum mouet. Deinde auctoritate geneſis poſu
it eas deus in firmamēto cæli igi.cælū ſtellatū eſt firmamentū. Deinde arguit̃
eſſe decē:auctoritate modernoꝝ ac rōe:primus.n.motus ſimpliciſſimus eē debet
in quē pluralitas motuū unitur & reducit̃:talis aūt non eſt octauæ motus . igit̃
alia ſuperior requiritur:& qm̄ octaua & motu diurno/& motu ſuper polos zodia
ci/& ſuper paruis circulis mouet̃.ideo a ſimpliciſſimo motu cauſat̃ motus raptꝰ
octauæ diurnus.reſtant igitur duo:quoꝝ unus ſibi ꝓprius eſt tm̄.alter a nona eē
oportet: & ſic aut motus per polos zodiaci ꝓprius erit octauæ:& trepdationis a
nona:aut contra.ſic igitur erunt decē:qđ decentiſſimū eſſe ſuadet̃:ut prima uni
co tm̄/nona duobus/octaua tribus motibus moueatur. Rn̄deo dicendū.intentio
preſens nō ē numerū ſpherarū planetaꝝ oſtendere:aut orbiū aut epicicloꝝ : ſed
cū Ptolemeo:& aliis(ſuppoſita cæloꝝ ſoliditate/uariaq; planetaꝝ diſtantia in lon
gitudine latitudine/& eleuatione a centro mundi:non ſolū reſpectu fixaꝝ: ſed in
ter ſe)tenendo ſeptē eſſe ſpheras planetaꝝ: iuxta illoꝝ numerū:intētio eſt uidere
an ſupra octauā ſpherā ſit una uel plures.dico igitur.ꝙ nō ſunt plures ſphere po
nende niſi aperta rōne concludant̃:ſeptē autē ſpheræ uere concludunt̃/octaua ēt
ſimiliter:ſupra aūt octauā aliā eſſe oportet.quod ſic oſtēdit̃:primū rōne incōtra
riū adducta pro illis qui tenent ſpheras eſſe decē:motū.n.primi mobilis oportet
eſſe ſimpliciſſimū.motus uero octaue huiuſmodi nō eſt.Et huius opinionis Pto
lemeus fuit:cui tamen falſo contraria opinio aſcribitur:ut melius infra patebit:
Auicen.& Scotus. Circa quā materiā aduertendū eſt ꝙ cōis aſtrologoꝝ ſcho/
la/firmiter tenēt Ptolemeū nō habuiſſe de nona ſphera notitiā ullā : de ſignis.n.
xii.loquens in quatri.ac eoꝝ nominibus & imaginibus/ apte de his quæ in octa
ua ſunt loquutus eſt:ut patet ibi inſpicientibus.Sed contrariū oīo conuincitur rō
nibus pluribus.In.ii.quatri.ca.viiii.uel.x.quom de anni principio loqueret̃.ait
iiii.puncta.duo.ſ.ſolſtitialia:duoq; æquinoctialia ſemper oberuanda eſſe:ex hoc
arguitur/puncta predicta in quacunq; ſphera infra nonā mobilia ſunt:nec eadem
inferioꝝ ſpheraꝝ eſſe pn̄t aut ſubire queūt.igi.quæ dixit Ptolemeus obſeruanda
in ſuperiori q̄ octaua ſumenda ſunt:quū imaginaria eſſe non poſſint. Amplius
Ptole.ſigna diuidit in.xxx.partes equales & inter ſe/& reſpectu partiū aliorū ſi/
gnoꝝ.ſed ſigna octauæ longe diſſimilia ſunt in quantitate & magnitudine : igit̃
de ſignis octauæ loqui nō poterat. Deinde hoc idē aperte oſtendit̃ / ex his quæ
in capi.de de triplicitatibus exp̄ſſit Ptolemeus.diuidit.n.in triangulos equilate/
ros &c.qui imaginibus octauæ conuenire nō pn̄t:ut manifeſtū eſt . Sic igitur ex

his quæ dicunt̃ a Ptolemeo apertū eſſe poteſt/ipſum nonā ſpherā attigiſſe. Amplius idē apertiſſime conuincit̃ ex uirtute: quā planetæ p̃cipue ſol in quibuſdam determinatis punctis ſibi uendicāt. Sol.n.cū in ſolſticiis fuerit: aut in eq̃noctialibus pūctis/ui ſignificatiuā ſuſcipit: totūq; cælū nō mediocrē potētiā ſignificādi aſſumit: ut cūctis aſtrologis aptū ē: ergo neceſſe ē q̃ ui illā ſuſcipiat aut ab imaginariis pūctis: aut ab octaua ſphera: aut ab altero planetaꝝ: aut a ſupiori ſphera. nō ab imaginariis fictitia.n.nō pñt talē tantāq; uim prebere: qa nō ens nihil effectiue ꝓducere pōt: non ab octaua. nā ſol in punctis predictis nunq̃ ſub eiſdē punctis octauæ reperit̃: ut patet intelligentibus: ob eius motū trepidationis: atq; ſup polos zodiaci: multoq; minus ab aliquo ſeptē ſpheraꝝ pūcto/quū nedū ſub eiſdē aliaꝝ ſpheraꝝ punctis repiatur: ſed nec ēt ſub eiſdē punctis ſuoꝝ orbiū: ob augium motū reliq̃tur igit̃ q̃ a ſuperiori ſphera uirtus illa procedat. Præterea poli mundi non iniuria īmobiles oīo eſſe debent. ſed ſi ſupra octauā nulla eſſet ſphera mobilis poli eius eſſent poli mundi: ergo eſſent īmobiles cōſequens ad ſenſū falſum eſt/igi. illud ex quo ſequit̃. Deinceps ſi diceretur uim illā ab empireo cælo aut ſphera quadā īmobili ꝓcedere/ſicut q̃dā aſtrologus mihi reſpondit hoc nihil eſſe demonſtrat̃: q̄m uim iſtā ſol & aliæ cæli partes acquirūt. q̄nq; in unius regionis meridie: q̄nq; in aſcendente. & ſic de infinitis aliis locis accidere poſſet. quare aut uis illa in ſphera īmobili ubiq; reperietur: & ſic in ea nulla erit diſtinctio/nec diſtinguere poterit niſi ab altera cā cōtracta. aut nuſq̃. aut in mobili nona. Deinde dr̃ non eſſe plures ſpheras ponendas/cuius rō prepoſita eſt nō.n. cogunt nos rōnes alique illā ponere. ut in rñſione ad argumenta patebit. quicūq;.n. motus apparent per nonā/& alias ſaluari pñt. Ad rōnes igitur in cōtrariū dicendū eſt ad primā/q̃ ſi in nona ſtellæ fuerint/nō ꝓpter hoc minoris efficacie ſunt (& ſi nō uident̃) q̄ aliæ ſtellæ uiſibiles. Et ad rōnem ſecundā/ primā fortificantē dr̃ negando minorē. tā reſpectu ſtellaꝝ quæ uideri pñt. q̄ abſolute. nō.n. ſequitur. ſtella iſta nō uidet̃. igi. minoris uirtutis eſt q̄ altera quæ uĩ. fallaciā oñdunt occultæ & nebuloſæ ſtellæ magnæ uirtutis. deinde nec ſeq̃t̃ hæc ſtella in a. diſtātia non uĩ. igi. debilior eſt ſe ipſa in. b. diſtātia/in qua uĩ. fallaciā oſtēdunt ſupiores retrogradi. quom maioris magnitudinis apparēt. nō.n. uiſibilis radius potētior eſt uirtuali. ſi uero in nona ſphera ſtellæ non fuerint. ſunt tñ partes & uires potētiores nō nullis ſtellis. ſi quoq; primi mobilis uirtus oīs cōſideret̃/maior inueniet̃ q̄ totius ſpheræ ſolis/q̄uis ſol quacūq; parte ſibi æquali p ſe ſumpta nobilior ſit. Ad tertiā dr̃. q̃ illa nō eſt rō potior/quia p ſupradicta patet nō inconuenire eundē motorē diuerſas partes uariis motibus mouere/ſed potior ē quia primi mobilis motus ſimpliciſſimus eſſe debet. ſicut oīs pluralitas & multitudo in monadē ſeu unitatē reducere oportet. Potiſſima uero ē uirtus quā in determinatis punctis ſtellæ ſignificationē acquirūt: ut ſupradictū eſt. Et ſolutionē rōnis (quā dicit rō tertia eſſe potiorē) cōcedimus: plures.n. angeli in eodē loco eſſe pñt: licet.n. nō poſſint eſſe cāæ totales eiuſdē effectus: pñt tñ eſſe reſpectu diuerſarū operationū: & fortaſſis reſpectu eiuſdē partiales eſſe poſſunt: & ſimiliter de ſecūda ſolutiōe dicendū. Ad auctoritatē Geneſis dicendū q̃ p firmamentū oēm cæloꝝ ſbām intellexit. Ad aliā: qua .x. eſſe ſpheras cōcludit̃ negata modernoꝝ & Burbachii auctoritate/dr̃ cōcedendo rōnem: qua cōcludunt octauam non eſſe primū mobile: & deinde neget̃ pro

pter uarios motus octauæ/oportere nonã & decimã ponere:ſicut .n. eidẽ ſpheræ planetæ/plures ſunt motus diſtincti ſuarꝝ partiũ:ita & in octaua accidere poteſt. quare trepidationis/& ſuper polos zodiaci/octauæ ſunt motus: nõ eſſe quoqꝫ neceſſariũ dicendũ ut primæ ſpheræ unicus ſit motus. ſecũdæ duo:tertiæ tres: qm̃ hunc ordinẽ in aliis ſeruari nõ uidemus ſpheris planetarꝝ inferioribus.

Q uæſtio quinta de primo mobili & partibus eius.

An ĩ primo mobili ſint circuli aliis partibus potentiores. Articulus.i.

maior conuenientia eſt inter planetã & partẽ cæli/ibi potentior eſt. ſed in medio poteſtatũ prædictarum maiorem habet conuenientiam: quum undiq; conformes partes ſint/& ſimiles: q̃ quando ab uno tantum latere. Præterea fortior eſt: planeta quando quælibet ſui pars in parte conformi eſt, q̃ quando ſolũ medietas. in ingreſſu uero (quoniã a centro ſtellæ ſũmitur) ſolũ medietas conformitatẽ obtinet in medio autẽ omnes partes: igitur &ce. Amplius ſic ſe habet planeta extra ſuam dignitatẽ exiſtens ſicut alias extra naturalẽ ſui diſpoſitionem: quæ eſt egritudo: ſed corpus egrum non poteſt ad ſanitatẽ mutari niſi per neutralitatẽ tranſeat quæ diſpoſitio media eſt. quũ ire non liceat de extremo ad extremũ niſi per medium: ergo nec etiã planeta a diſpoſitiõe diſconuenienti ad conuenientiorẽ. Vlterius planetæ/ſecundũ omniũ aſtrologorũ ſententiam/in dignitatib9 ſuis/ hoibus ĩ magiſteriis domib9 aut regnis ſuis/recte aſſimilant̃: ſed rex ĩ medio regni: artifex ĩ medio magiſterii &c. fortiores ſũt igi. &c. Deĩde ſi q̃ diſpoſitio bõa fuerit/to melior eſt quanto magis fixa & firma eſt: ut de gradibus ſanitatis patet: quoniã tanto magis reſiſtit aduerſis: ſed in medio diſpoſitio magis eſt fixa. quũ undiq; partes ſimiles iuuent. atq; uim præbeant igitur &c. Rurſum nulla latitudo ſubito aquiri poteſt: quũ omnes diuiſibiles ſint in infinitũ: itaq; prius prima pars q̃ ſecunda aquiritur. igitur planeta non poteſt in principio eſſe fortiſſimus quoniã continue ante debilis fuit. Interea ita euenit de aliis poteſtatibus ſicut de exaltationibus: ſed planeta non eſt fortiſſimus in principio ſue exaltationis. ſed in medio per incluſionẽ ut Iuppiter in. xv. cancri ſol ĩ. xviiii. arietis: & ſic de oibus aliis igitur &c. Incontrarium ſunt nonnulla quæ in aſtrologia apertiſſima ſunt ex quibus ſequitur aperte (ut deducetur) planetas fortiores eſſe in principio q̃ in medio. primum Ptolemeus ponit/ſolem in quattuor punctis æquinoctialibus & ſolſtitialibus potentiorem eſſe: maximaſq; canſare alrerationes: non ſolum autem uim & ſignificationem mutat. ſed etiam alios mutare facit & ex ſuperiori inferius & contra effici: ſimili modo quum planetæ in auge aut oppoſito/ & præcipue ſtationarii ſunt: idem euenit. Maior etiam ſignificatorum uariatio ſenſu apparet/qñ principia ſignoꝝ intrant ſol & alii q̃ in medio pariter quom planetæ cõbuſtionẽ ingrediunt̃: aut exeũt mutari ſignificationes apparet. Cuius rei aptiſſima rõ ſuccurrit. Tunc. n. ſtellã quãpiã maiorẽ hẽre uim dicimus / quom maiores motus & alteratiões cauſat in ĩferiora: hoc aũt in ĩgreſſu ĩ principia dignitatũ & ꝑtãtũ cõtingit & nõ ſolũ dignitatũ/ſed/aliarũ diſpoſitionũ bonaꝝ uel malarum quũ ſemp ꝑ principia/iudicemus media atq; fines: nõ aũt ꝑ finẽ mediũ aut principiũ nec ꝑ mediũ principiũ in reuolutionibus annoꝝ mũdi & nati. in natiuitatibus egritudinibus electiõibus in operibus ꝑficiundis: aut cõfectis: ſemper principiũ: repimus metrũ medii & finis. pluſq; principio tribuendũ cernitur q̃ totius reſiduo. Præterea a/principio pendẽt quæ ſequunt̃ nõ aũt econtra. igi. principium/maximi faciundũ eſt. Adhuc tũc maiores cauſant̃ motus & alterationũ dñe qñ maior apparet ſignatoꝝ & cãꝝ differẽtia. ſed hæc ĩ pricipiis poteſtatũ & aliorũ apparet. qñ de diſpoſitiõe conuenienti ad inconuenientẽ. uel uerſo modo mutantur. in medio autem ex ſimili intenſiori uel remiſſiori: ad ſimilẽ remiſſiorem uel intenſiorẽ mutatur ſolum. igtur & cet. Deinceps planetæ in poteſtates ſuas ingrediẽtes/regi aſſimilãtur q ab alieno profectus regno/ſuum ingreditur: modo

unuſquiſq; fateretur maiorē alterationem animiq; lætitiam/& gaudium/lenitatem ac largitatē regi competentia eſſe in ingreſſu q̄ in medio. Sed ad apertiorem dictorum intelligentiā conſiderandum eſt.q; planetam fortiorē aut potentiorē eſſe duobus modis intelligi poteſt.uno quidē modo.quom' intenſiorē qualitatem in determinatū ſibi ſubiectū poteſt inducere.puta ſi Saturnus frigiditatem ut.vi. poſſet cauſare.Mercurius uero.ut.iiii.tantū/eo caſu Saturnū potentiorē diceremus.Alio uero modo/quom ad plura alteranda/penſanda/cauſanda cōcurrit:cuiuſq; figura cæli magis obſeruanda ſit:qua dominiū capit ſignificandi/ueluti ſequentia omnia/modū & terminū & formā dependentiāq; ſuſcipiant.primo igit̃ modo/planeta in medio poteſtatis ſuæ potentior eſt cæteris paribus:aut eſſe pōt ſæpius:ut nōnullæ rationes incontrariū primo adductæ cōuincunt. Sed ſecundo modo/pculdubio in principio dignitatis potētior eſt planeta/remotis impedimētis:aut cæteris paribus. Itaq; experiētia.uſuſq; aſtrologorum omniū nos docet/initiorum figuras/metrū eſſe eorum quæ ſequuntur/mediorum.ſ.& finium.qua figura cætera & iudicantur & cōpenſantur:ut patet de his quæ nato accidunt/per natiuitatis figurā:& quæ fetui/per conceptionis cæli diſpoſitionē.ſunt enim illis diſpenſata a radice principii.ſ.per figuras alias cooperatrices pfecta. Patet etiam plus principii figuram operari:q̄ ſtellarum peruentus ad loca ſignificationis niſi ad illa per prædictam figurā conformitatē & attributionē habuerint.iuxta illud aſtrologis cōmune.nil operatur planeta &c. Ad rationes igitur in cōtrariū dicendū. ad primā q; concludit de potentiori primo modo.ſecundo autē modo maior eſt falſa:qm̄ cætera non ſunt paria:qm̄ principii figura/medii/& finis origo & cauſa eſt.imprimens in illa.non econtra.ut ſupra pluribus rationibus oſtenſum eſt. Ad ſecundā dicitur ſimiliter concedendo de fortiori primo modo:nō autem ſecundo ex ſupradictis. Ad tertiam ſunt plura dicenda.primū conceſſa ſimilitudine quæ poſſet negari:quoniā diſponens & uires/cæleſtia ſummunt in inſtanti. tamē dicitur primo ex ui argumenti:q; nō eſt neceſſariū ad egritudinē per neutralitatem tranſire:ſi fixio requiratur ad diſpoſitionē prædictam:ut patet medicis.ſed etiam illo conceſſo:dicitur q; neutralitas eius eſt quom circūferentia corporis terminū attingit.ſanitas uero quom centrū eo peruenerit.tali modo.ita q; illud pluribus modis aſſignari poteſt.ut patet intelligentibus. Ad quartam reſponſum eſt per ultimā rationem in corpore quæſtionis & per alias reſponſiones ſupra. Ad quintam dicitur q; ſimiliter de primo modo fortioris concludit.

Ad ſextam dicitur negando maiorem.nam albedo per uiam ſequelle incorrupto generata.intenſa ſubito acquiritur.ſimiliter intellectus in inſtanti format ſcientiam tante uel tante perfectionis non ſucceſſiue.ſimiliter lumen in inſtanti producitur tante uel tante perfectionis & intenſionis.ut in noſtra ſumma demōſtrauimus. Ad ultimam dicitur q; auctores terminos potentiores primo modo notarunt:quod non eſt contra intentionem.

An planetæ eleuatio i epiciclo potior ſit eleuatiōe in ecētrico. Articulus.vii.

u Idetur planetā potentiorem eſſe quom ceteris paribus/in ecentrico magis eſt eleuatus.ea.n.eleuatio potior eſt.quæ in nobiliori circulo.ſed ecētricus eiuſmōi eſt.igi.&c.cōſequtio apta eſt.maior manifeſta.minor oſtdit̃.qm̄ nobilius eſt deferens:q̄ delatū.ſicut agēs paſſo.totū q̄ pars:ſed epiciclus

a deferente defertur.epiciclum ēt cōtinet.Adhuc cæteris paribus qui tardioris eſt motus/fortius imprimit.ſed deferentis aut tardioris eſt motus igi.&c. Præterea potētior eſt illa eleuatio quæ fit in circulo/ſcdm cuius motū poteſt omnis zodia/ci uires ſuſcipe:q̄ contrariū:ſed ecentrici motus eſt huiuſmodi igi.&c. Amplius ea eleuatio eſt potior quæ fit in circulo maiori totā terrā ambiente q̄ quæ nō.ſed ecentricus eſt huiuſmodi. Item oſtēditur ecentricū eſſe potiorem circulum.qm̄ ob illum ordinati ſunt ſuperior & inferior orbis. Deinde ea eleuatio potior eſt. quæ nobiliſſimo planetæ cōpetit.ſed ecentrici eiuſmodi eſt:quia Soli tribuitur: nō autē epiciclus.igi.&c. Poſtea ea eleuatio potior eſt cuius oppoſitum minus nocet:ſed ecentrici eſt huiuſmodi quoniā epiciclus ſuperiorꝝ in oppoſito augis re trroceſſionē cauſat.non autem ecentricus maior patet ex hoc.qm̄ perfectius cæte ris paribus eſt.quod nihil habet obſtaculi contra tēperiē ſuā.q̄ quod habet illud. In contrariū eſt ratio aperta.quæ pluribus uiis nobis oſtendit potiorē eſſe in epi ciclo eleuationē.Primo nāqꝫ ex ſupradictis arguitur.illud in cælo potentius eſt/ quod maiores alterationes & differentias cauſat.ſed epicicli motus/partes & re/ſpectus ſunt huiuſmodi/reſpectu eorꝝ quæ ſunt ecentrici.igi.&c. maior in præce denti capitulo aperta fuit.minor declaratur.planeta enim per epiciclū magis ele uatur/uelocitatur retardatur motu ſtationarius fit/directus/ & retrogradus:quæ omnia maxime ſunt alterationū cauſæ:ut patet intelligentibus. Præterea finis nobilior eſt his quæ ſunt ad finē.ſed ecentrici motus ob epicicli & planetæ mo/tum eſt/tanq̄ in finem.igiť &c.maior manifeſta.minor quoqꝫ ſanum habentibus caput. Adhuc ſi eleuatio in ecentrico eſſet potior.igitur magis ad hominē atti/neret eius differentia:cōſequentia patet.quoniā principaliter reſpectu hominum & per attributionē ad ipſum ſubiecta particularia in aſtrologia cōſiderantur.ſi/cut in medicina alia ad corpus humanū ſanabile &c.cōſiderantur.tūc ulterius ſi ſic.igitur eius motus magis hoibus ꝓportionatus eſt.cōſequens falſum.qm̄ aux ecentrici/fixarꝝ motū ſequitur.qui motus ut oſtenſum eſt ſupra/hoibus & rebus nō multū duraturus improportionatus eſt. Ad rōnes igitur in contrarium.dd. ad primā negando minorē.& ad eius oſtenſionē negatur aſſumptū.nullus enim dubitat Solem ecentrico eē nobiliorem planetam q̄ epiciclus.deferens enim pro pter delatum eſt/ſicut equus propter hominem.ut in ſecunda ratione dicebatur. Secundo dicitur ꝙ uerꝝ & proprie agens & mouens eſt intelligentia.nō deferēs. licet ad illius motū epiciclus & ſtella moueatur.Tertio dicitur ꝙ qm̄ orbes & epi cicli cōtigua ſunt/epiciclus aut planeta non eſt pars integralis.Secūdo principa/liter dicitur ꝙ maior neceſſaria nō eſt.non enim incōuenit & ab intrinſeco & ab extrinſeco planetæ/maiorē habere ſignificationem planetam in ignobiliori q̄ in nobiliori loco.ſicut & plus poteſt rex in debilibus q̄ in potentibus / quare pote/rit planeta plus in epicicli eleuatione. Ad ſecundam dictum eſt ſupra plane/tas eſſe potiores fixis:& Solem Saturno:& Saturnum uelocem q̄ tardum.quo/niam cætera paria eſſe non poſſunt. Ad tertiam negetur minor.quoniā in epi/ciclo eleuatio poteſt in qualibet parte zodiaci fieri:& ſcdm maiores differentias: & ſi obiceretur.ꝙ hoc eſt ab ecentrico / negetur:ſed ab intelligentia eſſe confi/teatur. Ex quo non ſequitur niſi oppoſitum eius quod concluditur.ſicut in re/ſponſione ad primam dictum eſt. Ad quartam dicitur negando maiorem.

de ambitu quoq; dicit̃ epiciclũ motu ſuo terrã ambire. & motu diurno & motu delationis ab intelligentia per ecentricũ. Ad quintã dicitur ꝙ licet ordinati ſint orbes ſupiores & inferiores in ecentricũ: ecentricus poſtea eſt ordinatus in epiciclũ: & epiciclus in planetã. Ad ſextã dicit̃: ſolẽ alias hr̃e excellẽtias: qbus oĩbus ꝑeſt. cũ quo tñ ſtat alios planetas aliqd hr̃e excellentius certa ſolis ꝓprietate: ſicut linx hoĩe impfectior/poſt montẽ uidet ꝑ ſpecies in aere reflexas: qbus idoneus eſt oculus eius imutari. Secundo dicit̃. ꝙ licet ſol pfectionẽ illã & maiorẽ cõſequat̃ per ecẽtricũ aut ꝑ alia media. planetæ tñ impfectiores ꝑ plura media eãdẽ aut ſimilẽ cõſequunt̃. Ad ultimã neget̃ maior. ſicut ẽt in moralib9 q̃to maior eſt uirtus: tãto maius uiciũ oppoſitũ. ad eiuſq; ꝓbationẽ dicit̃ eẽ uerũ aſſumptũ aliis eq̃libus: ſed multa cõcurrũt. q̃ cõiecturã faciũt alia nõ eſſe paria. ſicut latitudinis inequalis pfectio: uis acquirenda ſignificatiua maior/ob maiorẽ diuerſitatẽ &c.

An fortunæ peſſimos effectus producere poſſint. Articulus. viii.

a Pparet fortunas peſſimos effectus poſſe ꝓducere. Fortunæ. n. cauſæ ſũt necis hoĩum. ſed mors peſſimus effectus eſt. ergo &c. maiorẽ apit Ptol. afforiſmo. xvi. libri fructus/affirmans impedimẽta octauæ domus a iuſtis pẽdere/quom fortunæ impeditæ illi domui ꝓfuerint. ſed octauæ impedimẽtũ eſt mors. minor oſtendit̃. qm̃ priuatio pfectioris entis eſt qd peſſimũ: mors uero hoĩs priuatio eſt eiuſmodi &c. Deinde ſicut in inferiori mundo cõplexio unius corporis eſt alterius uenenũ interficiens corrũpens: nedũ in his q̃ diuerſarũ ſunt ſpecierũ hoc accidit. uerũ etiã inter indiuidua eiuſdẽ ſpeciei. ut quod uni cibus eſt alteri uenenũ ſit. ita in ſupiori mũdo: cuius formis generabiles formæ ſubiciunt̃ ut ſupra. igitur fortunæ temperies uni cõformis/alteri aduerſa penitus reperitur. cuius reſpectu mortẽ & alios effectus peſſimos inducere poterit. Amplius. hominis cõplexio magnã latitudinem habet: uſq; adeo ꝙ una extrema/corpus alterius extremæ cõplexionis ad mortẽ perduceret ſi ſubito ad eam tranſmutaretur. ut medicis & experientia patet. igitur Iouis cõplexio & inſequens formã & inſequens materiã/quãuis uni cõueniens ſit/alteri tamẽ erit penitus cõtraria. & ſic idẽ quod prius. Idem argui poteſt de cõplexionibus a principiis generationis cõtractis extremis: ut de collericiſſimo. & flegmaticiſſimo. idem quoq; de ætate pueritie & primi ſenii. Rurſus deterius eſt ab intrinſeco omnẽ bonã qualitatẽ amittere q̃ ab extrinſeco/ſeu per actionẽ extrinſeci. ſicut deterius eſt nullo extrinſeco tentante uicioſum fieri: q̃ inſtigatione ꝓcedente. ſed fortunæ per retrogradationẽ (quæ ab intrinſeco procedit) omnẽ uirtutem bonam admittunt. igitur per priuationẽ illã peſſimi fiunt. quũ infortunæ per aduerſa loca in qbus reperiunt̃ deteriores fiant. In cõtrariũ eſt cõis aſtrologorũ opinio/triplex genus planetarũ diſtinguentiũ: fortunarũ. ſ. infortunarũ: & mediorũ. exẽplũ primi. Iuppiter & Venus ſecũdi Mars Saturnus. tertiũ diuidit̃. q̃dã. n. media ſunt ſeipſis. ut ſol. qui ſui natura bonus eſt aſpectu bono. malus malo corporeq;. qdã uero rõne alterius inficiẽtis/aut afficiẽtis. ut Luna & Mercurius. qui ꝑ mixtionẽ cũ bonis boni/cũ malis mali efficiũt̃. Ex his arguit̃ ſic. nullius latitudinis extrema eq̃ maliciei aut bonitatis eẽ poſſunt: nec ẽt ad gradũ pfectionis alterius unũ attingere põt. igi. &c. Præterea ſic ſe habẽt ad infortunas fortunæ: ſicut ad fortunas infortunæ. ſed infortunæ in ſui optima diſpoſitione/ad fortunarũ in optima diſpoſitione exiſtentiũ

perfectionē/non poſſunt ꝑuenire igit̃ nec fortunæ in peſſima /diſpoſitione exiſtē tes/ad peſſimos infortunarum effectus accedere. Itē ſi ſic igitur plus infortunaꝝ & mali in cælo repiret̃ :q̄ fortunaꝝ & boni. cōſequētia clara eſt/qm̄ infortunæ mi nime ſic ꝑfici pñt/ut ad fortunaꝝ bonitatē accedant. per aduerſarios aũt fortunæ peſſime fieri pñt/nec raro: quũ maximũ infortuniũ per ꝑdicta retrogradatio ſit. cōſequens potis nō eſt. cuncta eni quæ fecit deus ualde bona fuere. alias eni infi/ nitā potentiā/ſapientiā/& bonitatē nō oſtenderet. quod fieri non pōt. malũ nempe & ab infortunis/& fortunis/& ꝑ cōſequēs mediis ꝓcedere poſſet. bona aũt nō nul la a ſolis fortunis aut uix mediis effluerent. Mars quidē religionē manſuetudinē & iuſticiā ꝑbere nō pōt. Demũ capitis amputatio/ſuſpenſio/crematio/ſuffocatio/ membroꝝ inciſio/infamiæ/furta/homicidia/ſtupra/luxus īmundi/cæteraq; nefāda moraliter/ac etiā naturaliter/nũq̄ a fortunis ꝓceſſe reperte ſunt. ſimiliter nec bella/ epidimiæ cætereq; uenenoſæ ꝑperacute egritudines/cronice quoq;. Ad rationes igit̃ in cōtrarium dicendũ. ad primā ꝙ ſicut cōmune bonũ particulari bono po/ tius eſt: pariter cōmune malũ particulari deterius/gradibus in ſuis latitudinibus correſpōdentibus. quare qm̄ infortunaꝝ mala/cōmuniora ſunt fortunaꝝ: tũ quia pluribus ſubiectis/tũ longiori tp̄e/ac uicibus pluſculis accidunt. ſequit̃ infortu/ naꝝ mala deteriora eſſe: & ſi particularia mala a fortunis peſſima ſequunt̃. Secũ do dicit̃ in mali magnitudine/nō modo principale amiſſum bonũ reſpici debet. ſed amittēdi modi & circũſtantie. ſicut etiā in boni acq̄ſitiōe: quare queadmodũ qui diuitias facile/breuiq; tp̄e/a uite principio/cōciuium cũ gratia/ſibi parat. diu/ tiuſq; ſeruat/maius quidē bonũ adipiſcit̃/q̄ qui eaſdē oppoſitis modis cōſequeret̃ ſimili mō qui mortē cũ uita cōmutat. ſed ſine animi corporiſq; moleſtia/dedecore/ & aliis reprobādis abiciũdiſq; circũſtantiis/minus malum obit. quæ oīa fortunæ operant̃. Ad ſecundā dicitur: iam reſpōſum eſſe per primā reſponſionē. nā licet quorũdam/uis fortunaꝝ corruptiua ſit: nō tñ in pluribus ſed ut in paucioribus. raro etiā perfectioribus ſubiectis obſunt. ob eaꝝ temperiem: ſicut homines ſunt: quoꝝ ꝑcipue accidentia quærimus ꝑcognoſcere. nec etiā eiſdem circũſtantiis. ut ſupra. Ad tertiā dicitur primo. per omnia prædicta reſpondet̃. quibus argumē ti ui plene ſatiſfieri poteſt/ſed ulterius ob clariorē intelligentiā dicitur. primo Io/ uem & alios planetas magnā uirium ſuaꝝ ſuſcipere differentiam in diuerſis cli/ matibus. cum eleuationum diuerſaꝝ cauſa: tum etiam ob uarium partium terræ dominiũ. ut Ptolomeus notat in ſecũdo quatripartiti. quare eadem ſubiecta ſua/ alio & alio modo in diuerſis terræ partibus operari poterit. itaq; diuerſis comple xionũ gradibus/equalem eſſe in diuerſis regionibus. Pariter de uariis cōplexio/ nibus hominũ a principiis generationis contractis: aut ratione ætatis. nō tamen negari poteſt ſimiliori influxu in unũ q̄ in aliud ſubiectum imprimere. & ꝑ hoc patet ad quartā ſolutio. Ad quintā dicitur ꝙ eodē modo ab intrinſeco infortu/ narum letifere qualitates procedunt quo etiā fortunaꝝ. ſic. n. per retroceſſionem ut ſupra maximas calamitates decernunt. non enim malignitatem ſicut bonita/ tem retroceſſio amouere poteſt/quin etiā detrimentũ detrimento addit. Secundo dicitur quāq̄ omnē earum proficuam uirtutem fortune/per retroceſſionem exu/ ant: non tamen moras adeo ſaltim malas hauriũt. Tertio ꝙ ſi ſimiles effectus pri cipales faciunt non tamen ſimili modo ut prius dicebatur.

## Quæſtio octaua de ſphæris circumcirca planetas & ſtellas alias.

An planetæ cætereq; ſtellæ circumcirca ſe ſpheras habeant. eiuſdem cum corpore ſtellæ naturæ. Articulus. Primus.

PVtant quidem ſtellas non habere circumcirca ſe ſpheras eiuſdem naturæ cum corpore earum. Iuxta enim aſtrologorum omnium ſentẽtiam ſtellæ ueluti puncta in cælo imaginantur. quare in calculis ſolũ centra ſtelle conſiderantur quod minutorum ſecundorum cæterecq; diuiſiones oſtendunt. Ex quibus arguitur corpus planetæ & ſi plura minuta occupat/ſolum ut punctus conſideratur: circunferentiæq; partes poſt habentur. multo amplius ſpheræ miſſe faciende ſunt. Præterea ſi ſic igitur planetæ illas haberent maiores/quum ſint efficacioris uirtutis. ut ſupra. conſequens falſum. Igitur illud ex quo ſequitur. conſequentis falſitas oſtenditur. fixæ enim reſpectu ſphæræ octauæ a principio creationis ſemper in eaſdem ſibi propinquas partes influxerunt. reſpectu etiam primi mobilis longe diutius: igitur maiorem ſpheram cauſarunt. conſequentia tenet ſicut enim ignis maiorem/cæteris paribus ſpheram circumcirca ſe cauſaret. quom longiori tempore calefeciſſet. ita & ſtellæ. hæc autem planetis non competunt. Amplius ſi ſic. ergo ubi ſtellæ ſphera reperit̃/ibi natura planetæ notari deberet: conſequutio clara: conſequens falſum. nam exiſtente Venere in. xxviii. gradu libre/primo Scorpionis oriente/non Veneris/ſed Martis potius proprietates apparere cernimus. In contrarium eſt non ſolum paucis reuelata auctoritas ſed etiam experientia. & ratio uidemus enim effectus quoſdam duoꝝ planetarum uel aliarum ſtellarũ in coniunctionibus ſuis aut oppoſitionibus uel aliis aſpectibus/tantum preuenire/ut abſq; proteruia in alias (q̃ ſphærarum) cauſas reduci non poſſint. In luminarium enim cniunctione aut oppoſitione/duobus ante diebus effectus apertiſſime cernimus. effectus autem prius q̃ cauſa eſſe non poteſt. quare hnius preſentis effectus cauſa preſens/aut precedens eſſe oportet. que ut infra ſola ſpherarum coniunctio eſſe poteſt. ideſt uirium undiq; a ſtellarum corporibus emiſſarum. Ratio idem nobis oſtendit. forme quidem celeſtium corporum nõ minus actiue ſunt/q̃ elementorũ/aut mixtoꝝ forme/aut corpora: ſed elemẽta circumcirca ſe radios uirtuales potentes emittunt. ſimilium effectuũ productiuos inſtrumentaliter ſuis cauſis/a quibus effluũt. igitur &c. minor patet in omnibus inducendo. iuxta eni aquã frigiditas & humiditas habundat. aquæ naturam & proprietatem ſapiẽtes: eiuſdem ꝓductiuæ. ignis quoq; qui maxime corporibus cæleſtibus aſſimilatur ſenſibilius ſpheram circumcirca ſe cauſat. per q̃ nõ ſolũ calefacit. ſed cõburit. Magnes etiã/multiq; lapilli/aliaq; multa potẽtes mirabileſq; undiq; radios ſpecies/ſeu ſimilitudĩes ſuas effundũt. pariter igi. in cæleſtibus corporibus euenire dicendũ eſt. Vlterius. nũquã forma deſiſtit ab opibus ſuis: ꝑſertim ſimpliciũ corpoꝝ: ubi nihil intrĩſecũ actionẽ ĩpedire poteſt: quæ ſunt ſpecies emittere/paſſum aſſimilare: contrariũ corrũpere ſimile ꝑ ſe/fortificare. Q̃m autẽ agens fortius in partẽ ꝓpinquã q̃ remotã agit. imaginari poſſumus latitudinẽ q̃dam q̃litatis ſpheræ. a nõ gradu uſq; ad agentis ſimillimũ terminatã. quã uniformiter difformẽ eſſe nõ repugnat. Ex dictis ſequitur: quanuis infiniti ſint gradus diuerſæ intẽſionis: quibus infinitis modis corpora ſtellarum ap-

plicari poſſint:tamen tres precipui ſunt.in quibus effectuũ ſenſibilis uarietas ap paret.v.corporis planetæ ad corpus planetæ.corporis ad ſpheram/aut econtra: & ſpheræ ad ſpheram.quoꝝ primus ſecũdo ualidior eſt/& ſecũdus tertio.Iſte au tem applicatiões uariæ/cauſæ ſunt/cur in luminariũ cõiunctionibus & oppoſitio/ nibus/duobus ante diebus/uaria aeris mutatio ab ea/quæ punctalis cõiunctionis figurã ſequi debet/ſentiatur.ut patet his q ſecreta huius ſcientiæ cariora retinẽt. Ad rões igitur incontrarium dicendum eſt.ad.primam.ꝙ eo quia centrales ra dii potiores ſunt/& principaliores ideo ut puncta ſtellæ in cælo cõſiderantur.cui tamen minime repugnat/centrales partes operari/ ac etiam ſpheras.cuius rei cla/ rã intelligentiã habere poſſunt.q Ptolemei.afforiſmum.xxiiii.libri fructus guſta uerint. Ad ſecundam conceditur conſequutio prima:negetur etiam conſequens eſſe falſum.& ad oſtenſionem dicitur.ꝙ fixæ aduerſantes/tantũdem temporis ob fuere.fixaꝝ quoq determinatã eſſe uirtutem.qua hucuſq/non ulterius attingere poſſint. Ad tertiam conceditur pariter prima conſequtio.& negatur conſequẽs eſſe falſum.ad cuius ꝓbationem dicitur quod & Martis & Veneris in aſcendẽte uirtus comperietur:potentius aũt ꝑualere oportet:poteſt aũt pluribus de cauſis Venerem Marte effici potẽtiorem.& uerſauice Martem Venere.

An poſſit aſſignari cauſa cur unius planetæ ſphera maior ſit alterius.Arti.ii.

Vllam cauſam haberi poſſe putaret quiſpiam/cur planeta unus maiorẽ n altero ſpheram habet.nam ſi ſic.aut illa eſſet ſtellæ ꝓpinqtas.& hoc nõ: qm̃ Mercurius maiorem q̃ Saturnus ſpheram teneret.aut corporis pla netæ maioritas.& hoc nõ.qm̃ Luna nõ tantũ Venerem excederet.aut magnitu/ do uirtutis uaria.& hoc minime.quoniam quum ſol adeo maiorem uim aliis ha beat/nõ tã parua ꝓportione maioris inæqualitatis aliaꝝ ſphæras excederet ſphæ ra ſua.talis enim ꝓportio ſpheræ ad ſphæram eſſet:qualis uirtutis ad uirtutem. Reſpondendũ eſt.ꝙ cauſa/ quare tot uel tot graduum ſit/hæc uel illa ſphera hu/ ius uel illius planetæ a nobis naturaliter cognoſci non poteſt.ſicut nec ſtellaꝝ ui res metiri poſſumus.In cõfuſo tamẽ hãc illa maiorẽ eſſe cognoſcere poſſumus & eius rei cauſam.dicendũ ergo omnes ꝑdictas tres aſſignatas/unã cõſtituere ade/ quatã cãm/ſufficiẽtẽ/totalẽ maioritatis ſpheræ uel minoritatis nulla tñ ſeorſũ ſuf ficiens eſt.ut argumẽtũ oſtẽdit.ſicut nec Sor.aut Plato ſufficiũt nauim trahere. Sed quoniam ſol potentiſſimus eſt maximus/non multumq diſtans idcirco ma ximã ſpherã ottinet.cuius obſeruatores.xxx.gradum diametrũ ſtatuere.deinde quoniam Luna ꝓpinqua multum eſt/& per magnum angulum emittẽs radios. magneq uirtutis extrinſece.quum aliorum uires deferat.ideo poſt Solem Lunæ ſpheram poſuere diametri.xxiiii.poſtea quoniam Mercurius propinquior eſt aliis excepta Luna minimi tamen corporis.ſed nõ paruæ uirtutis.quum preſer/ tim facile ad alias ſe applicet & minoris ſit reſiſtẽtiæ.& ſic facilius ĩpedit ob tã paruam eius magnitudinem ſeu quantitatem.minorem ſpheram obtinuit/nõ ta men ſecũdum eius corporis paruam quãtitatem ob eius non paruam uirtutem. ut dictũ eſt.continet igi.ſue ſpheræ diameter.x.gradus.quoniã uero ſuperiores lõginqui ſunt.licet magni corporis præſertim Iuppiter & Saturuus/ideo mediã q̃titatem ottinuere inter maiorem & minorem.uia autem ad ꝑdicta cognoſcen/ da ſola experientia eſt:quoniam quũ illa tria compenſari oporteat.cognita ma/

gnitudine/ac diſtantia:ignoratur.tertiũ ſcilicet uirtutis terminus/& mẽſura ideo ad experientiam recurrendũ eſt/qua nõ difficile eſſet prope ueritatẽ terminos ponere:& quoniã ſixe debiliores & longinquiores ſunt planetis ideo minores ſpheras habent. Ad rationẽ q̄q̄ nõ eſt opus reſpõdere.quoniã in q̄ſtione ſolutio patuit.Ad ipſam tamẽ dicit᷑.ꝙ unaqueqꜫ p̄dictarum/cauſa ẽ maioritatis uel minoritatis ſpheræ:ſed nõ eſt cauſa ſufficiens aut totalis:ſed ſolum partialis:totalis autem cauſa ſunt omnes ſimul:ſicut ſupradictum eſt.

An ſemper eiuſdem ſtellæ ſphera ſit æqualis. Articulus.iii.

Redunt pleriqꜫ ſpheras iſtas quantitates ſibi determinatas preſinxiſſe. primo.n.de ſpheris eiuſmodi ab auctoribus obſeruatoribuſqꜫ nihil habemus diſtinctiões/ ut maior ſit uno tp̄e q̄ altero.Igitur nec nos aſſerere debemus. Præterea ſupradictũ eſt rationẽ deficere:qua eaꝝ magnitudinẽ metiri poſſimus:multo igitur amplius deficit ad cognoſcendũ an eadẽ q̄n̄qꜫ maior q̄doqꜫ minor ſit.q̄m̄ particularius eſt ueritatẽ iſtã q̄ terminũ magnitudinis eaꝝ cognoſcere. Itẽ eodẽ agente exiſtente/& eiuſdẽ uirtutis/magnitudinis/& pene diſtãtiæ idẽ ſequi debet effectus:ſed planetæ aut aliæ ſtellæ ſunt eedem. uirtus eadem diſtantia inſenſibiliter fermæ uariatur. igit᷑ eedem erunt magnitudinis ſpheræ.
Incontrariũ eſt rõ apertiſſima/q̄m̄ ut ſupra oñſum eſt:tria concurrunt penſanda in ſpheræ magnitudine.primũ ꝓpinquitas uel diſtantia & hæc nõ paꝝ uariatur in planetis.ſed magis in uenere q̄ in aliis ob magnũ epiciclũ:deinde ĩ luna ob maiorẽ ꝓpinquitatẽ.qua eadẽ differentia maiorẽ ꝓportionẽ acq̄rit/aut deperdit.deinde ſup̄iores poſtremo Mercurius:ex quo ſequit᷑.ꝙ ſpheræ magnitudo uirtualiter mutet᷑ & ſi nõ actu.q̄m̄ eadẽ exiſtente ſpheræ magnitudĩe.plus reſpectu noſtrũ primi mobilis/occupat:in quo aſpectus penſat᷑ & coniunctiões: ut infra notum fiet:quod ẽ in uirtute eſſe maiorẽ q̄ñ.ſ.planeta & eius ſphera ꝓpinquior nobis eſt:ſicut ẽt ſi luna in ſphera/ignis poneret᷑ aut aeris.maiore angulo ad nos piramidaliter radios uirtuales tranſmitteret. licet ſpheraliter ẽt : maioris q̄ãtitatis appareret:pluſqꜫ primi mobilis occuparet:& a maiori parte eiuſdẽ perpendiculares radios ſuſciperet.ſecundũ eſt corporis planetæ magnitudo aut alterius ſtellæ & hæc inuariabilis eſt.tertiũ eſt uirtutis quantitas:& hæc(licet quæ ab intrinſeco ſunt minime uarientur)uariatur tñ & ratione diuerſaꝝ ſtellarum aſpectuum/quibus maior aut minor uirtus acquirit᷑ uel amittitur & rõne maioris uel minoris/cum partibus primi mobilis conuenientiæ:ſub quibus ferunt᷑ & aſpiciuntur ſicut fortior eſt uirtus ſolis in leone(itaqꜫ de aliis)uel ariete:q̄ in libra: uel aquario:quare opus eſt uirtutẽ iſtam ſtellarũ non mediocriter uariari:q̄m̄ propinquitas & aſpectus ad ſolẽ & alias ſtellas mutari neceſſe eſt:ratione utriuſqꜫ/ & reſpicientis/& reſpecti.& pariter conformitatis cũ primi mobilis partibus. Igitur maior erit ſtellæ ſphera quom propior erit/a pluribus iuuantibus ſtellis aſpecta/ & ſibi ſimilibus & fortioribus exiſtentibus: & in parte mobilis primi ſibi cõformiori extiterit.ſicut in domo uel exaltatiõe &c.q̄ in oppoſitis locis:& ob eã cãm obſeruantibus apparet unius uel duorum graduum uariatio & differentia: hinc ẽt quidam lunæ ſpheræ diametro.xxiiii.quidam.xxii.quidam.xx.gradus attribuunt itaqꜫ in aliis planetis: q̄ diuerſitatis cauſa ab hiis qui ſpeculari neſciũt ignoratur. Ad rationes incontrariũ dicendũ ad primã ꝙ obſeruatores antiqui/nõ to/

tum quod comperiere ſcriptum relinquere uoluerunt: aut ſi reliquerunt ad nos non peruenit:aut potius quãtitatẽ mediã poſuere ſpherarꝝ inter maiorẽ & minorẽ. Ad ſecũdã dr.ꝙ eadẽ diſtantia nõ manet:nec eadẽ uirtutis q̃titas ut dictũ ẽ.

An plãetæ radios ſolis ĩtrẽt/ſcdm ſpherarꝝ magnitudinẽ ſolis/aut ĩtrãtis.Arti.iiii.

Idet̃ ꝙ qñ ſphera planetæ ad quẽ ſol ſe applicat:uel eius qui ad ſolem ſe
u applicat ſpherã alterã tangit/tunc radios ingrediat̃.ingredi.n. radios nil illud eſſe põt:q̃ uirtutẽ planetæ comburi /occupari opprimi a radiorum ſolis uirtute:ſed q̃primũ ſphera ſpherã ſubintrat ĩmediate poſt aliquis gradũ corrũpitur uirtutis debilioris a uirtute p̃dominãte ſolis a proportiõe maioris inequalitatis agente igi.&c. Deinde qñcunq; planeta ſoli cõiungitur/tunc cõburi dicitur/ſed q̃primũ ſpera ſpherã tangit iure coniuncta corpora dici p̃nt.igi. & conſequtio aperta eſt:maior manifeſta:qm̃ cõiuncta dici nõ p̃nt duo/niſi quom aliquo contactu aut corporis aut uirtus iuncta ſunt:quomq; uirtute tangunt̃ actio ſeqt̃ poſtq̃ inæquales & uarias hñt uires:minor ẽt euidẽs apparet ex hoc.qm̃ ſic de cõiunctione dicere debemus/queẽadmodũ in cæteris aſpectibus: ſed ĩ illis apparet p̃ ſpheras fieri cõtactus: poſtq̃ in indiuiſibili conſiſtũt ut infra igit̃ &c. Præterea & ſi actio ſpheræ ad ſpherã efficax nõ eſt ad ſtellæ cõbuſtionẽ/tñ quom ſolis ſphera ſtellæ corpus/attingit/ tunc comburi incipiet/alias/ſola corporis ad corpus coniunctio.cõbuſtio dici poſſet.qđ oẽs negant experiẽtiaq; teſtat̃ eſſe falſum:conſequtio patet:quũ triplex coniunctionis genus ſuperius diſtinctũ ſit: ex quibus ſequitur ꝙ ſaltim per.xv.graduũ diſtãtiã/planetæ & ſtellæ oẽs cõburũt̃. Incõtrarium experientia eſt apertiſſima qua uidemus planetas reſumere uires diſtãtia quadã a ſole/pariterq; deponere/ſecundum quã nec ſpheræ ad ſpherã cõtactus fit. nec ſpheræ ſolis ad ſtellæ corpus adheſio reſultat. Mercurius.n. quamprimum per .v.gradus a ſole diſceſſerit manifeſtas alteratiões cauſat/uires aſſumẽdo.quomq; quinq; gradũ propinquitatẽ attingit/uires deponit.luna ſimiliter p.xii.gradus:q̃ diſtantia nulla p̃dictarꝝ eſt. Rñdeo ſicut ſupius dictũ eſt & infra dicetur triplex aſpectus genus diſtinguit̃/ſpheræ ad ſpherã/ſpheræ ad corpus:& corporis ad corpus:itaq; triplex coniunctio:& pariter triplex cõbuſtio diſtinguit̃. Quia uero proprie cõbuſtio non ſolũ diminutionẽ ĩportat/ſed ſenſibilẽ leſionẽ & ablatæ uirtutis:ſicut ægritudo ſenſibilẽ leſionẽ importat: idcirco nõ quecũq; uirtutis ſtellæ cõburende debilitas/cõbuſtio dici debet:alias pariter in aliis coniunctionibus & aſpectibus & p̃ſentia in locis multis cõbuſtiones nuncupari poſſent quod ẽ falſum:ut apertum eſt. Experiẽtia autem demonſtrat: in contactu ſpheræ ad ſpherã non tantum uirtutis comburendam ſtellam amitteret/ ut ea re ſignificationem & uim deponat: nec etiam quom ſpera ſolis attingere incipit corpus/comburendæ ſtellæ: ſed ſolum quom ſphera comburendi corporis corpus ſolis attingit:ut Mercurii combuſtio per .v. graduum diſtantia fiet.lunæ.xii.&ce. combuſtionem igitur fieri dicendum eſt quom ſphera minor comburendi ſolem attingit tunc enim & ſpheræ ad ſpheram contactus includitur: & ſpheræ comburentis ad corpus comburendi:& ſpheræ combuſti ad corpus comburẽtis præter quas coniunctiones/coniunctio quidem ſola corporis ad corpus relinquitur. Ex quibus dictis/cum his quæ in præcedenti articulo dicuntur inferri poteſt/non / ſemper æquali diſtantia planetas eoſdem comburi/ duplici de cauſa prima quoniã

ſphera quandoq; minor quandoq; maior eſt ut ſupra: tum ſolis tum comburendi ſecunda q̄m non ſemper æqualiter a corpore ſolis & a centro mundi comburenda ſtella/ac ēt ſol ipſe diſtat. Ad rationes incontrarium ſolutio patet. quoniam combuſtiones alie aut inſenſibiles ſunt: aut inſufficientes.

Quæſtio nona de aſpectibus.

An planetæ ſe aſpiciant diſtantia/ qua cōmuniter ponitur/ſecundum tenentes diſtantias abſolutas: uidelicet.lx.xc.cxx.&.clxxx.graduū. Articu.Primus.

OBmiſſa opinione tenentium aſpectus reſpectiue ad circulos ſe habere diſputandum eſt/an diſtantiis: quas cōmuniter ponunt aſtrologi.lx.xc.&.cxx.&.clxxx. graduū plāetæ & aliæ ſtellæ ſe aſpiciant: primūq; pro negatiua parte arguitur. planeta.n. fortior ad maiorem diſtantiam potentiorem radiū tranſmittit q̄ debilior: ſed planetæ & ſtellæ omnes inæqualē habent uirtutem/tum eſſentialiter tum accidentaliter/tum ab extrinſeco/tum ēt ab intrinſeco. igitur q̄nq; ad maiorē quandoq; ad minorem diſtantiā tranſmittit radios nō autē ad ꝓdictas preciſe: ſed aſpici nil aliud eſt q̄ radioꝝ proiectio. Præterea eſto ꝙ planetæ æquales haberēt uires: adhuc impoſſibile uidetur ad prædictas præciſas diſtātias radios proicere quod ſic oſtēdit primo enim de quarto & trino oſtēditur in quo quāto inferior fuerit planeta reſpiciēs/tanto propinquior eſt planetæ quē reſpicit: & gradui primi mobilis: in quo & ſub quo planeta ille reſpectus/reperitur: in ſextili uero nunq̄ eadē diſtantia ſe poſſunt aſpicere. ſed q̄nq; maiori q̄doq; uero minori: ſecūdū planetaꝝ maiorē diſtantiā a primo mobili: igitur &c. patet has lineas protrahentibus a Ioue reſpiciente Saturnū: aut a ſole aut Mercurio &c. Incontrariū auctoritas pene aſtrologorū oīum eſt ſed præcipue experientia qua ꝓculdubio quiſq; facile cōprehendere poteſt iuxta prædictas graduū diſtantias ſtellas ſe reſpiceret: & uirtutē īmutatam oſtendere: maximeq; in luminariū aſpectibus: quū.n. luna a ſole. xc. gradibus diſtauerit aeris qualitas uariat ſecundū figuræ uirtutē: itaq; in aliis apparet: quāuis q̄nq; apertius q̄nq; latentius quare ſic correſpondent aſpectuū uires: ac ſi ſtellæ oēs ī eadē eſſent ſuperficie cōcentrica mūdo: ac eiuſdē quantitatis uirtutis. Ex prædictis rōnibus apparet ſpeculantibus/quæ nam poſſit eſſe cā quiſue/modus quibus ſtellæ ſe aſpicere poſſūt dicendū igi.(ſuppoſita experiētia quā uidemus) ꝙ ſtellæ quom fuerint in gradibus uel ſub gradibus prædictis longitudinibus diſtātibus: neceſſe eſt dicere/ſi radii ſic ꝓiciuntur potentes: ſicut ꝑ aſpectus uolumus ſignificari/ꝙ illud a planetis aut inter illos diſtantia non poſſit ꝓcedere/tanq̄ a cauſa ſufficienti/ſed ratione alterius. Et hoc nil aliud eſſe poteſt q̄ aſpectus partiū ſic diſtantium in primo mobili quod ſic apte demonſtrat. Quotienſcūq; in ꝓductione alicuius effectus plures cāæ conſiderant/quaꝝ una eadem ꝑmanente ac eodem modo diſpoſita aliis mutatis & pluribus modis uariatis/ſimilis ꝓducit effectus: tūc neceſſe eſt effectus illius ſimilitudo. a cā illa q̄ eadē in uariata ꝑmanet. nō ab aliis mutatis ꝓuenire. diuerſitas enim cāꝝ diuerſitatem effectuū demonſtrat. ſicut identitas identitatē: & ſimilitudo ſimilitudinē: ſed uariata uirtute efficaciaq; ſtellaꝝ: in utraq; diſtantia inter ſtellam & ſtellam tum reſpectu noſtrum/tum etiam inter ſe/eadem tamē manente diſtantia graduum ſub q̄bus ſunt ſtellæ/idē uel ſimilis ſequitur effectus

uidelicet radiorũ potens proiectio atq; uirtutis ad illam partem influxus.qui dicitur aſpectus:ergo aſpectus non ratione ſtellarum principaliter neq; diſtantie inter ſe:ſed ratione partium primi mobilis ſe inuicem aſpicientium procedere/ neceſſe eſt:reſpiciunt ſe inuicem igitur ſtellæ:quoniã partes primi mobilis/quas recte ſuis uiribus afficiunt:& quibus perpendiculariter afficiuntur/ſe aſpiciunt. nã gradus & ſtella ſub illo agunt & patiuntur inter ſe : ideo ex illis quodãmodo fit unum agens/conueniens cum omnibus his/cum quibus alterum illorum conuenit.ſicq; ſolis uel alterius uirtus/in primo leonis/per primum eiuſdem/ad primum libræ &c. tranſmittitur : & contra ſtellæ in primo libræ ad primũ leonis per primum libræ. Sed adhuc eſt dubium nam ſi ſol lunam reſpiceret eo q; luna & ſol ſunt in gradibus ſe reſpicientibus ex hoc ſequi uidetur q; Sol exiſtens in primo arietis:reſpicere poterit ſtellam in tauro uel piſcibus/uel uirgine/in correſpondentibus gradibus:ſi enim lineam protraxeris a ſole per ſtellam/ in aliquo prædictorum locorum exiſtentem/ uſq; ad primum mobile apertum fiet/q; Sol & Luna in aliquibus gradibus prædicto modo conuenient/inter ſe reſpicientibus & per cõſequens ſe aſpicient : poſtq̃ per lineam illam ſic agunt & patiuntur:ſicut ſupradictum eſt de planetis ſub aliquibus gradibus exiſtentibus in gradus illos influentibus/& ab illis gradibus imutatis. Ad quod reſpondetur aſtrologos aſpectus ſtellarum non conſiderare:qui fiunt reſpectu partium cæli reſpectum non habentes ad terram niſi forte reflexe ſic de.vi.&.ii.domo dici poteſt in medium cælũ. ſed ſolum reſpectu terræ quibus inferiora immutantur:reſpectu enim diuerſarũ partium cæli/nullæ ſunt ſtellæ inter quas quilibet aſpectus ſemper nõ fit ſemper quidem inter ſolem & lunã eſt cõiunctio ſemperq; oppoſitio/trinus/quartus ſextilis:dum nempe reſpectu terræ coniunctio eſt.reſpectu intermedii puncti in orbe Mercurii oppoſitio eſt:& quom reſpectu terræ oppoſitio eſt/reſpectu pũcti in orbe Saturni coniunctio eſt:& ſic de cæteris. Ad rationes incontrarium dicendũ ad primam q; aſpectus non cauſantur ex maiori aut minori uirtute q̃tum ad loca in quibus reperiuntur:ſed ſolum reſpectu partiũ primi mobilis ſe aſpicientiũ ob figuræ naturam ut infra.a ſtellis tamen radius talis uel talis uirtutis emittitur ſed ad talem uel talem diſtantiam:per primum mobile fit ut ſupra. Ad ſecundã ſimiliter dicitur q; argumentum concludere ſe ſolum aſpectus ratiõe diſtantiæ inter planetas fierent:ſed qualiter fiat &per quæ media dictum eſt.

An aſpectus accipi debeant ſecundum circulos circũcirca protractos. Arti.ii.

Uidetur aſpectus non circũcirca ſtellã aſpicientẽ p circulos ſũmi poſſe:& primo auctoritate eorum qui reſpectu orizõtis & aliorũ circulorũ aſpectus accipiũt. Habraam hebreus ait ſe expertũ fuiſſe/aſpectus in zodiaco fieri. Itaq; cũcti moderni ſũmere ſolẽt. Sed magni uiri teutonici excellẽtiſſimi auctoritas ẽ:q pdictos modos nõ reprobãdo aliũ clariorẽ ponit:quẽ ſepius experiẽtia cõprobauit:& hic modus circũquaq; plãetas tres circulos cõſiderãt/qbus planeta piciẽs radios aut ſtella ueluti centũ/polus/aut axis termĩus exiſtit. cuius rei ratiões ſuccurrũt. Prima planeta ad tantã diſtantiã ubi nullã hẽt ptãtem radios proicit igi.a fortiori ubi nõ paruã auctoritatẽ habet p æqualẽ diſtantiã proicit. Sed ubi nullam habet poteſtatem/pars zodiaci eſt:ubi uero habet/extra zodiacum & orizontẽ/& alios reſpectiuos circulos.igitur extra zodiacum & præ/

dicta alia reſpicere poterit.& ſi ſic igitur circũquaqꝫ proicere poteſt:quum non maiori ratione in unam q̃ aliam partem extra zodiacũ proiciat.ꝙ autẽ extra zodiacum poſſit &c.patet ubi reperiatur/ſtellæ ſibi conformis effectum experientia auctum uidebimus & poteſtatẽ. Præterea nulla ratio aſſignari poteſt:ut ſi planeta ante & retro proiciat.cur nõ poſſit undiqꝫ ꝓicere.ſi præcipue ſphericæ ſunt figuræ.ſicut cõmuniter tenetur.poteſt igiť æqualiter quãtũ ex ſe eſt/radios proicere. Deinde quom planeta extra eclipticã eſt:aut radium tantũ proicit in ecliptica/aut nõ.ſed extra etiã.ſi extra qua ratione ad tantam diſtantiam extra eadẽ ad omnẽ.ſi non igitur planetæ extra eclipticam nõ poterunt aſpici.quod eſt contra omnẽ opinionẽ. Itaqꝫ apertiſſime ſequeretur.ꝙ.a.planeta.b.planetam reſpiceret.b.tamen non reſpiceret.a.Ptolemeus libro fructus uerbo.xxviii.lunã duobus planetis iunctam in radice fortificare docet per fixas utrorumqꝫ planetarum naturam ſapientes.at ſi tantũmodo in ecliptica id fieri poſſet uanus eſſet afforiſmus:ut patet intelligentibus.igitur &c. Item non ſolum accipi debere ut ſupra/patet experientia his qui luminarium aſpectuum uires obſeruant.Dicendum igitur ſtellas circumcirca ſe diſtantiis tribus circulariter radios proiecere ratione primi mobilis ut dictum eſt/ueluti tres circulos:aut tres yrides diſtantiis.ſ.lx..xc.&.cxx.graduum.ac ſiquis ſtellam in zenit haberet:prædicti circuli hoc pacto locarentur.ut ſcili.circulus quarti aſpectius orizon ſit.trigeſimus uero almucantarath circulus erit ſextilis aſpectus . trigeſimus uero antipodis almucantarath/erit circulus trini aſpectus/ratione.ſ.partium primi mobilis. aſpectus.n.ratione figuræ ab illis procedũt.ſimiliter ſi ſtella ſub polo mundi reperiretur.æquator eſſet circulus quarti aſpectus.ſicqꝫ de aliis ſuo modo. Ad rationes/dicendum ad unam ꝙ noſtro modo non repugnat.tamen efficacior eſt modus noſter. Ad ſecundã diciť ꝙ ea quæ dicunt ſeq̃tes Habraã ſunt pars eoꝝ quæ diximus.

An aſpectus indiuiſibili conſiſtant. Articulus .iii.

Pparet aſpectus ſtellarum non conſiſtere in indiuiſibili.effectus.n.ante cãm efficientem eſſe non poteſt:ſed nos effectuus aſpectuum uidemus antequã ad indiuiſibilem punctalem diſtantiam proueniãt aſpicientes.igitur &c. Deinde quælibet ſtellæ pars q̃libet partem ſtellæ aſpecte aſpicere poteſt.igitur non conſiſtit aſpectus earum in indiuiſibili.quoniã aut id quod aſpicit eſt indiuiſibile.& hoc non:quia non eſſet actiuum.aut diuiſibile & ſic habetur propoſitum. Præterea ſtellarum aſpectus ſunt ſic uel ſic potentes non ſolum diuerſarum naturarum aſpectuum cauſa:ſed etiam ratione trãſmiſſi radii ſed radii tranſmiſſi indiuiſibiles non ſunt quoniam ſi eſſent ueluti lineæ/iam non eſſent actiui.quum ad realem actionem non minor uis requiratur q̃ ad ſpiritalem ſed ſpecies uel radii uiſibiles non immutant per lineam:ſed p pyramidem igitur &c. Sed contra.aſpectus partiũ cæli ratione figuræ ipſius cæli ſunt.figuræ aũt ĩdiuiſibiles ſunt per ſe.igitur &c.Prima ꝓpoſitio ſic oſtẽditur.omnis pars cæli per alteram trium aliq̃rũ diſtantiarum.in primo mobili/ut ſupradictũ eſt/& ut expientia teſtať:ab alia diſtans/aſpicit illam:& ab illa aſpicitur.aut igitur hoc accidit ratione figuræ/qua ſic cælum per triangulum diuiditur:aut ratione uirtutis planetarũ.aut radii tranſmiſſi:aut ratione partiũ primi mobils/aut aliquid aliud alterius a figura.ſi primũ habetur intentum.nõ ſecũdũ.qm̃ diuerſæ cauſæ uarios

effectus producere debẽt.modo planetæ neq; eſſentialiter neq; accidentaliter ſimiles ſunt.qua ſimilitudine ad eandẽ diſtantiã uis tranſmitteretur.nec æqualis ſunt potentiæ ut prius. Non tertium:qm̃ radii uarii ſunt/ſecundũ cauſa℞ tranſmittentium uarietatẽ:nec etiã ratione partiũ primi mobilis:qm̃ partium eius ſic ſe aſpicientiũ nõ mediocriter uaria uirtus eſt in omnibus. Et ſi obiciatur/ſuperius concluſum eſſe/planetas & ſtellas ſe aſpicere ratione partium primi mobilis:dicitur ꝙ partes tandem prædictæ ratione figuræ ſe aſpiciunt.quare figura prima cauſa eſt aſpectus. Præterea arguatur ut in capitulo præcedente figura eadem manente/puta triangulari/uel exagona &c. uariatis oĩbus aliis ſcilicet partibus primi mobilis omniũq; spherarum diſtantia / ac efficacia ſtellarum/aſpectus ſimilis ſequitur igit̃ aſpectus ſolum a figura eſt:quãuis ipſius qualificatio a ſtellis & radiis ſit.figura igit̃ in primo mobili cã eſt:quare ſtellæ ſe aſpiciunt.qualis aũt natura radio℞ ſit uel aſpectus a ſtellis/patet infra in capitulo ꝓprio. Quod atem figura indiuiſibilis ſit.per ſe patet philoſophis. Ex p̃dictis ſequit̃ planetã uel ſtellam/in primo arietis exiſtẽtẽ nõ neceſſario alterã i primo gemino℞/aut cancri/aut leonis aſpicere.qm̃ ſi cõtigerit alte℞ illo℞ hr̃e latitudinẽ/nõ tali p̃dicta diſtãtia pũctali diſtabũt:& ſic nec ẽt ſe aſpiciẽt. Ad primã igit̃ rõnẽ dicẽdũ ꝙ apparentia effectus ante pũctalẽ cõiũctionẽ uel aliũ aſpectũ:rõne corpis & ſpheræ magnitudinis ẽ.q̃bus ſphera ſpherã/corpuſq; aſpicere põt. Et p hoc ſolutio patet ad ſecũdã.q̃libet.n.pars aliã aſpiciẽs p indiuiſibilẽ ſeu pũctalẽ inuariabileq; figurã aſpicit.aſpectus tñ ſtellæ ad ſtellã ſcdm cẽtra cõſiderant̃. Ad tertiã dr̃ ꝙ a radiis undiq; fortificatis aſpectuũ q̃lificatio eſt:ſicut ſupradictũ eſt:ſed aſpectus eſt a figura:aſpiciẽs aũt diuiſible diuiſibile aſpicit p diuiſibiles partes in ĩdiuiſibile figura.

An aſpectus boni uel mali ſint natura ſui uel potius aſpicientium & radio℞ tranſmiſſorum. Articulus .iiii.

u Idetur aſpectus bonos/uel malos non eſſe.niſi aſpicientiũ rõne in mathematicis.n. non eſt bonũ & p cõſequens nec actio.neq; finis quum actio omnis/bonũ quoddã & finẽ appetat:ſed aſpectus ſunt mathematica aut al tim a mathematicis eſſe ſummunt.ſcilicet a figuris.igitur bonitas ipſorum ex natura ſui nõ procedit ſed a radiis ſolum pendet omnis bonitas aut malitia Præterea ſi ratione figuræ id accideret quãto figura ꝑfectior eſſet/tanto melior eſſet aſpectus.ſed exagona perfectior eſt triangulari:tum quia triangularem continet. tum quia circulo ſimilior.igitur ſextilis eſſet perfectius trino.conſequens falſum igitur id ex quo ſequitur. Item omnium aſtrologo℞ ſententia eſt.aſpectum trinum ad infortunam retrogradam maleq; diſpoſitam eſſe nocuum . hoc autem non eſſet ſi ratione figuræ bonitas uel malitia aſpectus penſaretur.nam trini ſemper boni cunctiq; boni eſſent Itẽ ſi ſic ig.q̃libet oppoſiti & quarti aſpectus mali eſſent & nocui conſequens contra omnes aſtrologos ponentes oppoſitum Iouis ſalutiferum ac Veneris quum bene ſe habuerint. Incontrarium arguitur.ab eodem res eſſe ſummit:& gradum perfectionis eſſe ſui & per conſequens bonitatis.ſicut ab eodẽ habet eſſe caliditas trium graduũ:& ꝙ tante ſit perfectionis/ quũ qua talis priuatio tanti oppoſiti boni particularis reperitur.ſed a figura habent ſtella℞ aſpectus uirtutem.igi.& perfectionis ſue gradũ/& malitiam ex conſequẽti/quæ priuatio eſt ꝑticularis boni. Reſpondeo ꝙ ſicut planetarum aſpe/

ctus nõ solũ a figura depẽdẽt:aſpectũ capiẽdo pro totali actiua uirtute/q̃ ſtelle ſe aſpiciẽtes/ſeu occurrẽtes/ad aſpectũ opant̃:ſed ẽt a radiis q̃lificãtib9 tranſmiſſis: Ita bonitas uel malitia aſpectuũ nõ ſolũ a natura figuræ eſt:ſed potiſſime apprietate ſenſibiliũ uel iſenſibiliũ radioꝝ. Vbi cõſiderãdũ ẽ:ꝙ figuræ aſpectuũ bonitatẽ uel malitiã hñt ad maiorẽ uel minorẽ bonitatẽ uel malitiã hãc uel illã ſpecificã indiuidualẽ/p naturas & ꝓprietates diuerſas radioꝝ cõtrahibilẽ. Ex quo ſeqt̃ ꝙ p hmõi contractionẽ/& cãꝝ mixtionẽ p̃dictaꝝ bonitatis uel malitiæ/alteꝝ illoꝝ ab altero deprimi cõtingit. adeo ꝙ qñq; magis adhereat effectus uni generi cauſæ. qñq; uero alteri ſicut tepidũ qñq; frigido qñq; calido magis coheret. Hic oppoſitus Iouis ueneris ue ad lunã bonus efficit̃. Hic trinus lunæ ad retrogradũ martẽ malus ad eũdẽ in capricornio uel ariete in. xi. domo luna in tertia i reb9 bellicis bon9 reſultat dignitates. n. infortunas afficiẽtes/earũdẽ malitiã minuũt. Secũdũ ꝙ cauſæ hæ uel ille bonæ uel malæ p̃ualẽt. aſpectus. n. figuræ bonæ maleq; reperiunt̃ piter & radii boni maliq; expiunt̃. Sed ulteri9 nõnulla pẽſanda ſunt ex pte figuraꝝ:alia uero q̃dã ex pte radioꝝ. Ex parte figuraꝝ cõſiderãdũ ẽ quæ cãæ bonitatis uel malitiæ eſſe poſſint. Qua in re dico/ꝙ quũ q̃ttuor ſint figuraꝝ ſpecies. v. ſextilis q̃drate triãgularis & oppoſiti:cõiũctio qdẽ ꝓprie aſpectus dici nõ debet:opus eſt eoꝝ ꝓprietates iueſtigare. primo de malis loquẽdũ. & prius de oppoſiti figura. dd igit̃ ꝙ ſiqs recte oppoſiti figurã iſpexerit/mime mirabit̃ ipſã eẽ malignã & nocuã. radii. n. lineeq; cõtrarie ſunt/oppoſite. ſiqs. n. a polo icentrũ moueatur/alter a centro i polum eũdẽ ꝓculdubio motibus cõtrariis mouebũtur/termĩoꝝ cõtrarioꝝ. ſunt igit̃ radii oppoſiti/ſeu cõtra ſe poſiti/ſibi inuicẽ aduerſantes. quare domus detrimẽta hñt oppoſita ſigna. exaltatiões caſus. itaq; i terminis exiſtimãdũ eſt aliqualẽ oppoſitionẽ/repugnãtiãq; repiri i oppoſitis partibus. q̃uis minus ſenſibiliter/ſiue rõne q̃litatis occulte/ſiue manifeſte. & ſicut poteſtas i loco minuit̃:ita & detrimẽtũ in oppoſito. Eſt igit̃ inter quaſcũq; ptes oppoſitas naturalis repugnãtia/aut ſimpliciter/aut ex pte. Ex quo ſequitur reuelatio cauſæ/cur aſpectus q̃rtus medie inimicitie & repugnãtie dicit̃. fit. n. in pũcto equæ diſtãte a p̃dictis maxĩe repugnãtibus terminis:itaq; utrorũq; naturã ſapit in quẽ pũctũ aliqd malitiei repugnãtiæue p̃dicte trãſmitti neceſſe ẽ:& ſic mediũ erit & p equedĩſtãtiã & p pticipationẽ. cuius medii pũcti malignitas tãta ẽ/ut ẽt ad pũctũ mediũ experiẽtia demõſtret/iter p̃fixũ oppoſitũ/& p̃dictũ mediũ iter duo oppoſita uirtus trãſmittat̃ ſimilis(licet debilior ſit)uirtus. Vt ſiqs primũ arietis & primũ libræ oppoſita p̃finxerit. nõ ſolũ primũ cancri mediare iter ea/& pticeps fieri cõpiet:ueꝝ &. xv. tauri finẽ aut. xvi. pricipiũ ſimilẽ:licet debiliorẽ q̃litatẽ pticipare uidebit. Quod Ptolemeus expertus. ad pũctũ mediũ inter primũ &. xv. alterius ſigni pticipẽ facit ut patet uerbo. Lx. libri fructus iniquo circulũ cæli in. xvi. eq̃les ptes diuidere docet:dies creticos faciẽtes uel idicantes. Sed quartus aſpectus potior & efficacior eſt. Trinus ãt talẽ rõnem habet/a triangulari figura conſurgens:ſuppoſita nẽpe ſpherica/aut circulari figura. triangularis prima relinquitur inter oẽs recti lineas:quæ cæteras non p̃ſupponit:ſed p̃ſupponitur ab illis ubi trinarius anguloꝝ numerus principii medii ac finis ſimilitudinem gerit. per quem numerũ coacti ſunt philoſophi qdã deũ uenerare &c. nimiꝝ igit̃ ſi eius modi figure aſpectus bonos cauſant. Ex p̃dictis ſeqtur appentia cauſe bonitatis ſexti/

Vltimo imagines cōfutare conat̄ inuiſibiles:quas recte uirtute cōtineri puta/ bat:nec aliter periti ſentiūt:nec eo℞ uerba in aliū ſenſum retorquēda ſūt:ſed hic lr̄ali ſenſu oīa intelligi uolebat.Linceos igit̄ oculos hn̄t qui uirtutes iſtas recte in ſpicere ualent:& ſub uelatis uerbis magni quidē ponderis intelligere.occecatos autē dicere poſſumus:qui nec illa percipere ualent:nec illi qui perceperūt ſidem adhibent:ſicut his euenit:qui cunctos in geniturā planetas habet ſub terra.exce pta forte Luna uel Mercurio.ille quidē multo maioris nominis eſſe cupit/q̄ res ipſa ſibi uelit.

## Liber Nonus.

PRimo ca. epilogū ponit.ꝑmittit etiā in iudicio tria oportere ꝑcognoſci.initii horā:cæli ſtatū & figurā in eodē:& uirtutem eius figuræ expimento aut altera uia cognoſcere.quæ qm̄ ap/ tiſſima ſunt ꝑmiſſa exprimere non erat opus.

In ſecūdo ca.hoīs pricipiū hr̄i nō poſſe diſputat prio iſtro℞ defectu prio p aſtrolabiū:ubi dicēdū fieri nō poſſe aſtrolabiū ꝑfectiſſimū:qd ipſe ignorabat.multis de cāis.maxīæ.n.ſolis declinatiōes nō ſūt eq̄les nec eq̄toris īterſectiōes.q̄re ecliptica/q̄ una ꝑſingit̄/nūq̄ a ſole deſcribit̄.hoc ſi diſcurſu oognouiſſet:ꝑfecto q̄ primū palā feciſſet.ſed eiuſmōi dr̄ia nō niſi i fi/ ne & pricipio diuerſa℞ ꝑtiū diuerſa℞ ꝓprietatū errorē i iudicio cauſare pōt.qui

tn̄ in p̄dictis locis ꝑ duas figuras & ꝑiculo auferť:ut in q̄ōnibus nr̄is oſtenſū eſt. Quod aūt recte cōcludit nō in quolibet inſtanti uel impꝑceptibili tp̄e poſſe oriri hoiem/cōceditur ueluti neceſſariū:& facile demōſtrabile.ſiqui natura coacta/ſtimulata/irritata/in q̄buſdā nō roboratis uel non cōcordantibus punctis naſcerenť/ꝓfecto nō permanerēt in uita:qui dicunt nō debere mutari ſignū putatiue natiuitatis:nec etiā minutū.ii.aut.iii.mutandū affirmant.cōſequutio intelligentibus nota q̄re cunctæ putatiuæ ueræ eſſent:nec eſſet opus diligētius illas examinare.

In tertio cōtra modū animodar inſtat:qua in re dicitur:canonē illū ſepe uerum reperiri:quare nō ſic ut ei aſſerendū ſit tradiť:ſed ꝑiculo cōprobandū:eoqꝫ quædā alia cōcordanda ſint.eſt enim alter modus noſcēdi principiū ortus/per directiones.ſ.& ꝓfectiones principalis:quo cæteri regulantur.plures itaqꝫ modi ſimul rem difficilem cōprobant.unde niſi cum aliis concordauerit abiciendus eſt.

Cōtra uiā in q̄rto ca.arguit.qua(ut ait) cōceptionis medio/natiuitatis principium hr̄e nō poſſumus.primū Ptolo.ſermonē redarguit:qui rectiſſime loquens dixit:caſu uel obſeruatiōe principiū eſſe cognitū.ꝑ obſeruationē ītelligi debere dicit/ſi cōſulto uir illud tēpus annotet.nos aūt ꝑ obſeruationē artificioſam regulam intelligimus:itaqꝫ multū ſepius diſtāt uerba auctoꝝ a ſenſibꝰ quos iſte addēdo exponēdoqꝫ extrahi uult.Et q̄d ait nō poſſe ꝑ circulū demōſtrari natiuitatē ꝑ conceptionē ridiculum eſt & ſuperius bis ſolutū.q.xiiii.nec eſt inuentū ſuū:ſed adeo obſtinati animi eſt:ut minima friuolaqꝫ occaſio.in demōſtrationē ſibi trāſfert.ſunt enim ſimul cognita natiuitas & conceptio cōcordantia media. Sed nec cōceptionis uia uniuerſaliſſima eſt:q̄m ſeptem menſiū.xi.&c.aliis modis noſcuntur.cōcludes.nō igitur affirmandum ita eſſe.cōceditur.niſi directionibus & profectionibus cōprobata fuerit genitura.Non ſemper ergo natiuitatē uerā hoc pacto inuenire poſſumus.hoc rudes tm̄ latet.ideo neceſſario q̄n̄qꝫ alia uia uti oportet.quæ autem ſit iſta dictum eſt.q.xiiii.

In.v.ca.reprobat modū inueniēdi aſcēdētis gradū.quē modū exꝑti poſthr̄nt.

In ſexto ca.cōtra principia legū & ciuitatū.quærit potius q̄ arguat/quod ipſe primo intuitu capere nō poterat/fieri non poſſe credebat.principia urbiū ex his (quas ſuſtinet aduerſitates aut ꝓſperitates) noſci poſſe.uide quot paſſa ē magna Florentia ex eclipſi ſolis in ariete.anno ſalutis.M.cccclxxxv.uide etiā ſi eo tempore ceperūt:quo Ptolo.in libro fructus futura accidentia predixit.uide ſi falſus propheta eo in loco apparuit ex eo loco oriundus.ut ille uere excel.R.p.epi.m.Pa.tot annis prædixerat.Et quæ hic adducit nulla ſunt.

In.vii.domoꝝ diuiſionē redarguit.ex diuerſa auctoꝝ ſn̄ia in.q.tn̄.xii.plures modos efficaces eſſe cōceſſum eſt/quiqꝫ modi illi ſint:ibiqꝫ apta ſolutio ponitur.

Si laborioſum inexꝑtis:nō tm̄ expertis eſt loca planetaꝝ & fixaꝝ hr̄e.tabulas quoq; facile eſt peritis corrigere:emendareqꝫ multa:ut dictū eſt modico inſtrumento.Duo uero illa inſtrumēta aut exactiſſima nō erant:aut unū ſaltim illoꝝ.

Quæ uero in nono dicit ex inſtr̄oꝝ impꝑfectiōe ortos eſſe errores:uariāqꝫ ſolis maximā declinationē/dieꝝ/annorūqꝫ ineq̄litatē/nō recte ſentit.ſic.n.eſt rei ueritas ut nūq̄ pene equales eſſe poſſint maxime ſolis declinatiōes.equalitaſqꝫ dieꝝ & annoꝝ.Ita enim aptiſſimis mediis eſt cōpertū. Florentiæ ſolis radii per excelſa cacumina templi effluentes inequales angulos deſcribere noſtris temporibus

cognitum fuit.cuius cauſa motus octaue eſt. Mercurii uero motus:licet diffici/lius/cognoſcitur tamē ex extremis eius a ſole elongationibus:quibuſdamq; inter mediis:quantū quoq; a ſole diſtare poſſit leue eſt uidere.

Minuti error qñq; maximas differentias faceret:ut recte cōcludit:ſed in hunc errorē nō incidunt illi/qui duas figuras(quom opus fuerit) erigunt:utrāq; quoq; obſeruant.Et quod dicit ſaxonenſis friuolum eſt.ſic enim de cæteris coniunctio/nibus dicere deberemus.nō igitur opus eſſet aſcendens coniunctionum reperire. itaq; in aliis intermediis figuris eueniret.

Motus octauæ:& diſtantia capitum aperta inſtrumentis eſſe poteſt.dicimus etiam organa fallere quū uel recta non ſunt:uel abutuntur:uel ratione operantis carent:non fallunt per cōtrarias cauſas. Nec inconuenit peritos non omnia no/uiſſe.ſed recte experti in unam conueniunt ſententiam.

Diuerſitas modoꝝ dirigendi ex ipſa ueritate orta eſt.quum eandem uirtutem contingat pluribus modis multiplicari.ut in.q.xvi.oſtenſum eſt.

Quæ uero ab excellētiſſimo Pau.dicta ſūt firma rōne dicta ſūt.quū & quæ ipſe ſciat & quæ alii noſtri tpis aſtrologi non dubitet.ipſe tñ ſi uellet alios docere poſſet.cui magis fides adhibenda eſſet:q̃ eis qui iniuria aſtrologiæ detrahūt.

## Liber Decimus.

DEcimi libri primū ca.epilogus eſt.ideo reſponſione nō eget.

In ſecūdo Ariſt.& Platonis de cælo ſenſus adducit ī mediū: q̃ſi eandē ſubiectā materiā diuerſæ ſciæ cōſiderare nō poſſint.

In tertio conat᷑ domoꝝ uires uanas eē declarare:ubi dr̄ non ex natura ſpacii/ſi p ſpaciū ptē cæli ītellexerit ſed ex habitudine radii ad nos.Quomq; mediū cælū nō aſcēdēs potius eē dicit aſcēdēte.&.xii.eodē &c.dr̄ argumētū ex craſſa ignorātia fūdamētoꝝ aſtrologiæ pcedere/nō reſpiciēs qd q̃tūq; interſit īter ſenſibiles radios atq; inſenſibiles:q̄res.q.ii.arti.viii.in lib.de aſtrologica ueritate declarat᷑.ſenſibiliū qdē radioꝝ ea cōditio eſt:inſenſibiles uero ab ea lōge diſtāt.qd ēt Ptol.decimū pferēs aliis locis ob alias cās/latēter eſſe inuit.quū aſcēdēs.xi.ppoſuit. Quod de uaporib9 aſſerit Ptolo.rectū hēt ſenſū.nō.n.ea rōne.xii.debilē poſuit.ſed ea debili ſic a pprietate repta/alterā addidit cām.trāſeūtes.n.ſenſibiles/radii ipſoꝝ īprimūt diſpōnē.Aſcēdētis āt ptās ex aliis ſupradictis cauſis pēdet.Itaq;.vi.ita potēs ut ait nō erit:q̄q̄ mediū cælū aſpicit:nec ſubterranee debiles qm̄ aſcēdēs aſpicere pñt.Ptol.āt in uite ſignificatiōe ſubterranea loca poſthabuit in aliis nō neglexit.q̄uis cæteris paribus ſup terrā fortiores ſint.Quom uero planeta in.viii.cōſtitutus aſcendens re/ſpicit in nona reputabit᷑.loci quidē ſeu domus affinitas cū angulis potēs eſt:ſed aſpectus potentior.Octaua uero mala eſt:tum qm̄ aſcendens non reſpicit:tū qm̄ ſeptimæ malæ domui propinqua eſt.quāuis.n.ſeptima potens ſit obeſt tñ. Pico uero uidebatur omnes angulos(quia potentes)bonos eſſe.

In q̄rto rōnes quaſdā cōfutare conat᷑ qb9 aſtrologos canones ſuos demōſtrare credit.quū tñ illis mediātib9/potius iā cōptā ueritatē cōfirmēt.Pro his tñ q̄ dicit & in.v.vi.vii.ſeqntib9ca.dicēdū ſicut Galenus ait primo regiminis acut.& in terapē.Artē medicinæ duob9inſtris acqri.expimēto.ſ.& rōne/ita & aſtrologiā ſciētiā.Sed hic rōnes ignorabat:expimētū nō hēbat.Pariter de Mercurii & Veneris

ſitu ſub ſole ignorat demonſtrationē apertam: quæ ex epiciclorum quãtitate tantaq; uel tanta apparentia maioritatis corporis ipſoꝝ elicitur poſtq̃ ſequaces hoc ignorãt: quæ uero dicit Auerrois nullius ſunt momēti: aſſerit. n. xii. metha. erraticaꝝ apparētias in eodē orbe diuerſis polis poſſe ſaluari: epiciclos negãs ineptiſſime: qui ēt q̃nq; in phia deceptus eſt: dolet tñ ob ſeniū ne poſſit aſtrologiã diſcere quam antiquorum & ſui temporis ignorabat.

Ad ea quæ in quinto obicis pariter reſpõſum ſit. nõnullis. n. rõnibus ĩ tã profundis naturæ ſecretis cõfirmare conati ſunt: q̃nq; tñ rõni nõ diſſonare. Sed age has quoq; deblies rõnes (quibus nõ mouentur aſtrologi: ſed moti certiq; facti cõfirmãt) adhuc nõ ĩprobas. dici quidē põt cõceſſo animi bona potiora eſſe corpis maiori pte ab aſcēdēte ſumi debere ſuiſq; pdomiatoribus. Præterea ſecunda q̃uis ꝓximior nõ tñ magis affinis qnta & aliis reſpiciētib9: demõſtrat. n. experientia ſiquis ĩfortunã pdominãtē ſecũdæ in genitura habuerit. puta Martē pcipue ꝓpe cuſpidē: & eo magis ſi dominus ptis fortunæ a quo ſcdm Ptole. ſententiã maxie diuitiæ pendēt / ĩ cadēti fuerit extra ſuas prĩcipales dignitates & haiz. ꝙ nat9 multa bona diſſipabit quũ pſertim Iuppiter p naturã diuitias ſignificãs ĩ ſuo fuerit caſu: & extra ſuũ hayz. Poſtea putat ſubſtãtias ſolũ pecũias ſignificare: q̃ ſepiſſime ceſpitat iſte. ſubſtantiis ueſtimenta domũ / cibum / potũ / ceteraſque cõmoditates uitæ neceſſarias ſignificam9: qd. n. uita ꝓdeſt niſi huiuſmõi ſubſtãtiis poſtea tueatur? neq; enim filios haberemus neq; cetera deniq; niſi his mediãtibus. Qui tam domũ filios ſignificare: nõ nonã dixerũt nõ tñ q̃m cadit nona: ueꝝ q̃m non ĩmediate ſuccedit aſcendēti trigono ſicut qnta facit. Tertiã fratres & ꝓpinquos: quia inter primã & quintã mediat utrãq; ſextili reſpiciēs: tũ q̃a nõ opponitur qnte ſicut. xi. tũ quia aſcendēti ſuccedit ſicut de quinta reſpectu nonæ dictũ eſt. ſed & tertiã ſignificare fratres & cõſortes oñdit experimentũ: ut ſi pars celati prope tertiæ / domus cuſpidē repta fuerit dominus eiuſdē fuerit. Iuppiter in quarta parētes ſignificante / ĩ caſu. nat9 odio habebit frēs: ſimulabit parētes diligere: ſed nonne amicitia quæ ꝓpter honeſtũ ē dicta p ſe: rara &c. affinitati pponēda ē? ſi uero eam ſũſperit quæ propter delectabile aut utile bonũ ē / pariter quoq; ſũmat ꝓpinquoꝝ ĩfimos gradus. Quartã uero parētibus tribuere: nõ aſpectu / ſed anguli poteſtate. Picus uero oblitus quantũ inimicitiæ cõtineat oppoſitus tetragonũ maximũ inimicitiæ iudicē dixit. Qui uero dixit ſocios ex. vii. ſignificari nõ min9 deridendus eſt: q̃ qui ex pluribus ſimul auctoribus / deteriorē eligit: quum ex. xi. ſocii cognoſcãtur. Sed iam mihi uideor uerſus eſſe in picã: poſtq̃ preter ſpem / coactus in tot uerba ꝓrupi: nec mirũ quũ Picũ alloquar. Redeo ad diſgreſſiõis principiũ: hec cũ aliis domoꝝ ſignificationibus quottidie expiētia ſenſibili cernũt. ſicut & medicus reubarbaꝝ educere colleram expitur: ſed de ſignis idē experientia demonſtrat: querere igi. quã ob cãm hæc uel illa domus huius uirtutis ſit: eſt querere q̃re ſol ſit lucidus / cur ignis calidus aqua frigida: quæ tñ ex principiis intrinſecis pēdēt nobis ignotiorib9 aut ſaltẽ minime notioribus. Sed cur õmiſit Picus fortiorē lõge rõem cõtra aſtrologos? quoniã. ſ. ſi filioꝝ dom9 per trinũ diſtat a domo parentum: opus eſt ſimili diſtantia parentum domum a filiorum domo diſtare cuius ſolutionem. q. xviii. aperui.

Predictaq; ſolutio eoꝝ ē quæ in ſexto dicis: facile quoq; unicuiq; mediocriter

introducto foret diſiūctos phōꝝ errores precipue minus approbatoꝝ ĩpugnare cauſa autem eorum quæ quæris quo pacto aperienda ſit ex diſpuatationibus premiſſis propriis & his quæ ſtatim prepoſui palam eſt.

Idē ad obiecta ſeptimi.dd.ē Albumazarrē ſeu Aboazarrē.poſtꝗ tā diligenter nomina curas non primum faciunt aſtrologi.

In octauo ad ea quæ obicis breuiſſime dicitur ſi qua ſimilitudo ĩ locis ꝗ narrat inuenitur:lōge tamen maior ubi gaudia ponimus:unde proprior ſaturno occulta inimicitia eſt:ꝗ finis.Ioui amicitia ꝗ diuitiæ:quod patet/nā ob amicos pecunias poſt habemus & pariter in ceteris.

In nono rōnes domoꝝ conatur euertere domoſqꝫ/ruere:ſed crede inquam non debilibus rōnibus ruent:ubi breuiter dicimus has eſſe domorū ueras cauſas:qm̄ ſoli & lunæ principaliorib9 leonē & cancrū iure tributa ſunt ĩ domos:nō qdē ut credit ob calorē generatū ab illis.ſed ut aptū ſit oībus ꝗ ignarus ſit fundamētoꝝ aſtrologiæ.breui ſermōe modū & cām inuētionis ac poſitiōis huius apiā.Luminaribus tributa ſunt ſigna leōis & cācri ob lōge maiores ꝑtātes/quas in illis quantum ad inſenſibiles influentias experimur: ob luminariū cū illis ſimilitudinem. ut.q.v.oſtenſū eſt:qua poſita ueritate.iam ſignoꝝ tēperamento comprehendim9 cōuenire:ꝓpinquitas quoqꝫ ad zenit noſtrū cōgruit:& calor generatus precipue uirtualis inſenſibilis concordat:hæc aūt non ſunt cāæ:ſed ueritati conſona: ſi.n. ob ꝓpinqtatē illis cōueniret non eqdē Mercurio:ſed Ioui uirgo & gemini cōuenirent:ſed ſaturnū potentiorē cognoſcimus in capricorno & aquario:non quidē quia frigida ambo ſint ſpecialiter:ſed quarte frigide:in illiſqꝫ ſaturnus frigiditatē generat:quāuis maiorē in capricorno cui ꝑtāti iam repte concordare uidem9 ita ſaturno diſtātiores domos conuenire:ſicut luminaribus uitæ affinibus magis ipſe diſtat:nec iniuria cetere domus ꝑ cōpatiōnē ad lumīariū domos ſtatui debent ĩ unoquoqꝫ.n. genere eſt unū primū alioꝝ metrū.Iuppiter alia duo ꝓpinqua ſigna ꝑdictis occupat:nō qdē ſenſibili tēperamēto:nā unū aqueū aliud igneum expiē:ſed uirtuali cōuenientia:qbus ad prima duo trigona irradiatio conuenit.marti uero ꝗdrata:quū minus aduerſus ſit ſaturno.Veneri exagona:cui concordat & aſpectus & diſtātia ꝗ a ſole elōgari pōt.Mercurio ꝓpinqora cui ꝓpinquitas Soli adheret mixtaqꝫ natura.cetera uero ſicut maſculinitas & huiuſmodi his ꝓferenda nō ſūt.quāuis ſola cū partibus illis primi mobilis conuenientia domus poteſtatē demōſtrauerit.ſed nō merentur hæc ad man9 detractoꝝ ꝑuenire. Et qđ de domoꝝ ſaturni obicit facile refellitur/aſpectū ſumi debere iuxta lumiariū medietates/ubi aſpectus quiſpiā reperiri poſſit.q̄re ĩ Saturni domib9 nullus alius ꝗ oppoſitus reperitur.Ordo quoqꝫ ſpheraꝝ ſaluari pōt ꝗ facillime.

In.x.ca.facieꝝ & terminoꝝ rōes cōfutare credit.ſed qm̄ ceteras poteſtates nō reprobauit ideo nec iſtā.Termini quoqꝫ qui ſeruādi ſunt a Ptole. notati fuere & nomīales quoqꝫ derident reales & uerſauice nec tam ſpernēdi ſūt. ſola aūt primi mobilis cū planetis ſimilitudo has poteſtates effecit.

In.xi.ca.quæ nullo pacto ĩprobari poſſūt audet redarguer/adducit.Ariſto.& Niccomacū q ſuas partitiōes ſuis cōſideratiōibus cōuenientes dederūt:quæ pluribus reſpectibus nec iniuria uariari poſſunt.Aſtrologi aūt ſcd̄m ꝑtiū celorum ꝑticulare dominiū qđ luce clarius cūcti experiūtur quæ uero de uene inciſiōe ad

ducit.& experiẽtiæ & aſtrologiæ canonũ ignorantiã oſdunt:nõ.n.Ptole.itẽtio eſt de ſola flobotomia ſermonẽ hẽre:ſed de cyrugiæ iciſiõe/cauterio/& huiuſmodi nec ſolum de lunæ pſentia in ſignis dominãtibus mẽbris:ſed de aliis ſignificatoribus.Lunã.n.ſumpſit pdominatorẽ cõmunem:& humoribus predominantẽ:q re aſcendẽs non paꝝ operabitur/ſicut in cõmento noſtro centiloquii demõſtrauimus nec etiã ante oculos habuit/quæ medici ponũt fieri debere coacta cura:in q manifeſtũ nocumentũ aggredimur ob maiorẽ cõmoditatẽ cõſequendã : preterea facile poterit aſtrologus beniuolis ſtellis malũ lunæ influxũ miuere : ſi coactus chirugicã accedat:quod minime chirugicus inqtũ talis facere poterit:friuola ig. obiectio eſt:quod niſi lunæ pſentia in diuerſis partibus cæli uarios effectus a medicis obſeruãdos/oparetur multo minus eiuſdẽ aſpectus obſeruãdi eſſent:qđ tam galenus ac ceteri inſignes medici & obſeruarũt:& obſeruãdos ſcripſerũt:qđ ipſe aut nõ uidit/aut uidiſſe diſſimulauit:ut in plurimis facere cõſueuit. legat galenũ in.iii.de creticis:q hæc ad uerbũ dicit.Quadratura lunæ & oppoſitio poſt principia bona/bonas faciũt alteratiões:poſt uero mala/malas:atq; id quidẽ quũ hoc quod ab aſtrologis cõceſſum ẽ licebit tibi ſi libeat obſeruare:qđ ſi neq; ipſe ſeruare uelis talia neq; credere his qui obſeruauerũt.ipſe quoq; unus ex ſophiſtis es.q rõne nos aſtruere cenſent ea quæ perſpicue patent/cõcludere ſillogiſmo ea que incognita ſũt:hæc ille.Aduertite qſo lectores q falſo bonoꝝ teſtimonia citet:hic ſophiſta:nihil.n.aliud appellari põt niſi ſophiſta:ex dictis galeni:quẽ ipſe pro ſe facere uulgo ſuadere conat᷑.Nec adducũt aſtrologi intelligẽtes i mediũ quantum uiriũ cõtineãt diuerſa ſigna:nã ſi librã in aſcendẽte quis habuerit precipue prias partes pulere erit faciei. Sed ſi ſaturnũ habuerit in aquario in qnta. anxius erit: crura plerũq; hẽbit deformia:quom preſertim tetragono martis aſpectu afficiet᷑. Venus quoq; i piſcibus in ſexta uiles mulieres natũ diligere demonſtrat: ac etiã multi eſſe coitus & fornicatorẽ ac inde mortem ſibi parare preſertim ſi mars de exaltatione reſpexerit:aut domo uel gaudio lege Albubater.lxxvi.capi.

In.xii.ca.quæ dicit friuola & debilia ſũt nimis.ſed uide:in.q.v.arti.ii.&.iiii. ubi nos plura p Pico ponimus/cui expediebat ea uidiſſe quæ tñ ſoluũtur.

In.xiii.ca.quæ de naturis planetaꝝ a Ptole.ponũtur cõfutare cõatur. ubi noſtro fundamẽto facile reſpondetur.ridiculũ eſt putare Ptole. deo frigidũ eſſe Saturnũ.qm̃ a Sole remotus:itaq; Lunã.fixe.n.pariter omnes frigide eſſent.ſed cõperta Saturni frigefactiua uirtute.condecens fuit a Sole calefactiuo inter planetas diſtare.itaq; a lũa/alias cõmoditates nõ poſt habẽdo.eius igi. pprietas potius cã fuit/cur a Sole diſtãtẽ Saturnũ poſuerit natura.nõ qa ſic diſtet/frigid9 ſit/ſũt ẽt alii dei ſecreta quibus cõuenit Venerẽ & alios planetas ſic collocari.quare ſolertiæ Ptole.iniuſte detrahit/Maior quoq; iſania eſt putare Ptolemeũ crediciſſe ſtellas actualibus noſtris affici qualitatibus:quũ ſepius ipſe teſtetur aſtrorũ uires cõſiderari debere ab aſtrologo/ſcđm q ad terram cõferũtur/ ut quatripartiti primo quomq; de uiribus planetaꝝ loquitur:non ſolẽ calidũ aut ſiccum dicit: ſed opus eius eſſicare callefacereq; dixi. Que uero de Luna dixit Ptole.ſi rudi modo intelligantur ridicula ſunt:ſicut qui ſic intelligit:nõ eni putat ab iferioribus alterari ſed uerſa uice/unde quom dicit/a qua uapor humidus ab imo uſq; ad eã aſcẽdit: conſtruet ipſe picus ſic a q terra uſq; ad lunã:ſed falſa cõſtructio eſt . ſic conſtrui

debet à qua luna.ſ.ab ea/per eã p eius uirtutẽ uapor ab i[illegible]is terræ uiſceribus uſ/qꝫ ad eã.ſ.terrã totã/ ferre continentiam uel ſuperficiẽ:aſcẽdit:quo aſcenſu corpo/ra mixtorum in terra:uel ſup terram animaliũ & planetarũ & alioꝶ humectãt quaſi dicat humectat rõne potẽtie quã habet rõne ꝓpinquitatis:quam oñdit ua/por humidus quem eleuat:& producit:quare corpora per ſe & p accidens ab illa humectant:quæ conſtructio patet nõ ſolũ p Haly expoſitionẽ deridentis obie/ctionẽ Albumazarris quã adducit:ſed ẽt per aliã litterã:in qua ſic habetur. Lu/næ uirtus eſt humectare pro eo ꝙ eſt multũ circa terrã: & propter fumoſitatem humidam quæ per eam eleuatur a terra:non.n.humiditas eleuãta lunam hume/ctat:ſed inferiora corpora:ꝗ ineptiſſimum eſt dicere uapores eleuari ut ad lunã perueniẽti ipſam humectent:rurſuſqꝫ ſic humida facta ad nos radios humectantes emittat:non ne potentiores uapores ſunt quum eleuantur? prope terram ubi lu/næ radios peruenire opus eſt.Pariter quæ de ſaturno ſubduntur intelligenda ſũt nam elongatus eſt ſecundũ ꝓprietatẽ & ob illã congruit elongari ſecundũ locũ a fumoſitatibus uero terre elongatus ẽ etiam duplici mõ:tum uirtute & proprie/tate ſua qua illos nõ eleuat nec illis afficit niſi per aliud: tum quoqꝫ quia non ita ꝓpinquus:una.n.ex cauſis quare luna ſecundũ locũ tenet eſt eius propinquitas ſicut in queſtionibus apertum ẽ.De coloribus uero breuiter dicendũ: nõ eſſe ue/ros colores ĩ cælo:ſed terminãtes uiſũ:qualiter in igne/ĩ nubibus/yride &c.Rube/do uero ſic cõmuniter ſumpta ex multa luce in multo opaco in ĩferioribus cauſa/ri ſolet:quare Marti nõ incõuenit:ſed puerilia ſunt obiecta:nã talibus plãetis ta/liũ proprietatũ/tales colores habere uidemus:qualeſcunqꝫ fuerint colores ex his (quos ĩ planetis cognoſcimus)naturas ĩ fixis ex pte inueſtigamꝰ:experiẽtia du/ce:quæ duo tandẽ cõpertũ eſt concordare color igi.principiũ fuit ĩ fixis notitiæ naturæ:ſed experiẽtia in angulis in principiis pfecit:niſi ueluti pica coactus lo/querer:auderẽ demõſtrare calcis & niuis albedines nõ eẽ eiuſdem ſpeciei: ut pu/tat nec ĩ niue uerus color credi debet.Aſtrologoꝶ igi.mediũ.ſ.experimẽtũ pfici/ens cognitionẽ longe ſtabilius ſignũ ẽ ꝗ colores ſapores odores & huiuſmodi q/bus ẽt a medicis cognitis ad experientiã ſepius cõfugere opus ẽ:Mercurius etiã qm̃ parui corporis facile uarias impſſiões recipit. Compertũ etiã habẽt philoſo/phi a tẽperamento undiqꝫ circũquaqꝫ labi poſſe ſtellas. quo aũt mõ hoc fiat.q. .ii.arti.viiii.apertũ ẽ:oĩs enim ſtella radio ſenſibili.ſ.lumine calefacit: non ſic au/tem de inſenſibili influentia dicendum.

In.xiiii.ca.ſtellas nõ eſſe nocuas oſtendere nititur.ſed puerilia quidẽ ſunt obie/cta & penitus occecatio proterua.nã quero an terre ſupabundãtia per ſe noceat? an humoꝶ ſupabundantia? quis ignorat Saturnũ nõnullos effectus ſalubres effi/cere? pariter & Martem? qui ſi uni ſũt aduerſi alteri ſalutares.ſi uno tempore cõ/trarii:altero propitii:ſicut in particulari mũdo cõperimus tẽperamentũ uni mẽ/bro:etati.loco.tẽpore &c. cõuenire alteri uero minime. Q ueramus deinde . an neutro tertii ſignificati calor eſtiuus aũt hyemalis frigus per ſe ſit noxiũ? an etiã aer infectus.uenena:pterqꝫ naturã & humores/& ſpiritus & cõplexiões & mẽbra alterẽtur: unũquodqꝫ cõtrariũ per ſe aliud corrumpat? hæc aũt omnia a cælis ſu/perari diſponiqꝫ.q.noſtra.ii.oſtẽſum ẽ.ibiqꝫ patebit huius rei ueritas.& cæli eſſe inimicos/qui uim ſuam auferũt.& anguſtã.faciunt.quæ uero de ſtellis iuxta qua

litatū cōtraditionem dicūtur ſi ſapiunt aſtrologi.aut ueluti exempla:aut cæteris non diſſonantia intelliguntur:aut ſit ſolum eiuſmodi utantur mediis rudes ſunt.

Quæ in.xv.ca.obicit facile ſoluunť.Primo quæro qđ erroris ſequi pt ſi quæ moſaica lege/quæ chriſti ē ꝓphetico ſpiritu affirmāť.cæloꝝ obſeruātiis cōprobē tur:illi fide/aſtrologi ſcientia idē ſentiūt:ſicut ēt unū deū diligendū eē fide teneť a cōpluribus:a moralibus naturalibuſqꝫ certa ſciētia cōprehenditur.

Circulo quoqꝫ pluribus modis contingit demonſtrare nō tñ eo quē Ariſto. re probat:nō ñe ꝓportio diametroꝝ/coſtaꝝ ꝓportionē demōſtrat:& coſtaꝝ diame troꝝ:bonitas magnitudinē/magnitudoqꝫ bonitatē oñdit:differentia cōuenientiā: & uerſauice/cōuenientia differentiā:effectus cauſam/cauſa uero effectū ſic quoqꝫ graduū numerus terminorū annoꝝ nati cā eſſe pōt nō ecōuerſo quāq̄ ſe inuicem comitanť:cā aūt cur gradus annū pluribus modis ſigñare pōt. aperta ē in.q.no ſtra.xvi.ar.viii.cetera uero de ore & luna poſthabēda ſunt nec ab approbatis au ctoribus ponunť:cōfitemur enim complures leues rationes in medium adducere quibus tamen periti nec aſſentiunt nec illis moti ſunt.

## Liber XI.

AStrologiā nō artis ſed uere ſciæ nomē ſibi uēdicaſſe demōſtra tū ē qōne pria de aſtrologica ueritate:& demōſtratiōibus uti. Et horā ſeminis emiſſiōs hēri poſſe modis plurimis & natiui tatis exordiū.q.xiiii. de pricipiis particularibus: p cās agētes demōſtrationes adducere:qs ſepiſſime experimētis cognouere obſeruatores.Et qđ de ſimillima cæloꝝ cōfiguratiōe adducit in.i.q.arti.i.argu.i.tactū ē & ſolutū: qđ Ptolemeus in prīo quatripartiti tetigit qualiter aūt totū cælū ad effectus cauſandos cōcurrat apertū ē qōne nr̄a.ii.arti. vii.Ptolemeū de methodo. artis tradito lapidat:cui tñ grās agere debebat:ipe.n. generalē cognitionē hēri poſſe dixit nō pticularē:ob quā cōſequēdam oīmoda ſi militudo reqreret.Auēraze adhibet fidē ubi cōtra Ptolemeū loqť:in ceteris mi nime:nos aūt ecōtra.Ptoleme9 ēt nō fallacē eē dixit aſtrologiā:ſed difficilē nimis ſicut Ariſto.& comētator de manifeſtiſſimis reꝝ aſſerūt cōmentator nō īpoſſibi litatē:ſed difficultatē oñdit. Et iō nō adeo temeř breui tpe paucis nec plene ītelle ctis fūdamentis euertere aſtrologiā credere debebat.Tiriacæ quoqꝫ anteq̄ tēporis ſpatio compoſitio formā unam reſultātem aquirat:ſimplicium proprietates expe riri poſſemus:quom p̄ſertim ei9 ſimplicis antecelleret uirtus.ſicut in cælo rōne lo coꝝ & aliorū euenit.niſi.n.ſtellaꝝ uires fortiores & debiliores experirētur:ſed eq̄ les forēt ſemp ubicūqꝫ ponerenť Tiriacæ exēplū tuū eſſet accomodatū:cui9 ſim plicia eādē uirtutis q̄titatē ſeruāt.at ſi Tiriacæ cōpoſitio ſic uariareť.ut hodie hu ius ſimplicis q̄titas ceteris p̄eſſet.cras illius nobis notæ:pculdubio eoꝝ ſimpliciū uires expiri poſſemus.Quod etiā adducit ſtellaꝝ uiriū falſo experimēto. oſtēſū eſt in articulo primo priæ q̄ſtio. in rñſiōe ad antepenultimū argumētū.illud non tenere:qnimo aptius uim ſuā cognoſci q̄ ſi cauſæ oēs eodē mō ſe haberēt.magis .n.reubarbari uirtus dephēdiť (ut ſuoꝝ ſeqciū terminis utamur) ſi colerā educi uiderim uariis mixtiōib9 reubarbaro ſimiliter ſe hñte: q̄ ſi ſemp oēs cauſæ ſimili ter ſe hērent:effectus.n.ſimilis/cauſis pluribus uariatis/una nō uariata eidē nō ua riate attribuiť neceſſario q̄re rōnes q̄s adducit ꝓpoſitū nr̄m cōcludūt.Pro altera

ratione tertia ſoluenda dicitur peritos aſtrologos ſemper ſignificatores compenſare ꝓcedentiũ & ſequẽtium figuras:particulares quoq; cauſas reſpicere quis magis.q̃ Ptolomeus ãmonet:& in quatripartito & in centiloquio.afforiſ.xiiii.Ineptiſſime etiã diuerſorum climatum diſſimilitudine experientiam conculcare credit.ſicut ineptiſſime ſiquis ſimilitudinem ſummeret non mutatis mutandis iudicium hauriret ſed nos paralello noſtro complures Martem in ſecunda cuſpide conſtitutum habuiſſe uidimus diuitias diſſipantes. alterius etiã alterius paralelli geniturã uidimus Martem ibidem locatum magnam diuitiarum copiã a parentibus honeſte paratam inhoneſte conſumpſiſſe.

In ſecundo ſuppoſito ꝙ experientia haberi poſſet:nititur oſtendere nõ eẽ habitã ob falſo illis tributã uetuſtatem:ubi breuiter dicendum/ne uerba inania proferantur:non egere tanta uetuſtate aſtrorum obſeruatiões ſi quis etiã ĩ tẽporis lõgitudine mẽtiretur:apertum eſt cum omnibus longo iam tempore nec tot milibus annorum medici indigent.Ptolemeus primo quatripartito librum cuius maior pars preuetuſtate conſumpta erat repperiſſe dicit terminoꝝ/ quib9 adherebat de planetaꝝ motu dicendum facile eſſe addere inuẽtis.Antiqui ẽt qui trepidationis motũ ignorarunt/ſi uera ſtellaꝝ loca ſuo tempore comprobata habuerunt optime poterant iudicare:nam ſi qualibet hora ubi ſtellæ ſunt ſcire poſſemus profecto nil aliud q̃reremus in iudiciis a fixis elicitis:hoc.n.eſt finis cognitiõis motuum:ea uero quæ ſũt ad finem ex ipſo fine neceſſitatẽ ſũmunt:planetaꝝ uero motus nobis ꝓportionatos neceſſarius ẽ:ob ea quæ motu determinãtur:ut ſepius in libro anteriori declaratũ eſt:q motus lõgo tẽpore prius/& inſtrumẽta ob illos cognoſcendos:& aſtrolabiũ ſub alia forma tempore abrahã patriarchæ ſcimus fuiſſe nota:quod cælum depictũ appellabãt poſteriores tamẽ prioribus addere corrigereq; debere:ſcientie.n.p additionẽ acquirũtur.Poſtremo dr̃ nõ eſſe opus tanta antiquitate:ut refert picus ſi diligentes fuerint obſeruatores:ut iudiciũ habere poſſimus:ut autẽ uera loca habeantur iam apertum eſt motus ſtellaꝝ inuẽtos fuiſſe:ut expientia teſtatur: licet ut dictũ ẽ aliquo additiõis opus ſit. facile ẽ mediocriter introductis aſſequi.quare fabulas obiectas nihili faciunt periti . Mitto Alfonſum blanchinũ/Iohannẽ de regio monte aduerſus opinionẽ iſtã. Magiſtrũ Paulũ Reuerẽdũ foris ſempronii Epiſco.in utraq; aſtrologiæ parte excellentem ĩ oĩ diſciplinaꝝ gñe. q nr̃is tpibus ueritatẽ aſtrologicã cognouere . ego aũt uidi ĩſtrumenta cõplura antiqua ſatis:qbus mira facilitate planetarũ mot9/eclipſes/uera loca cognoſci poterãt.q̃re uanas auctoritates nihil facio.

## Liber .xii.

PRimum aduertãt lectores circa ea quæ primo capi. obiciunt nullũ medicoꝝ ceſpitare plura ĩ medicina inuẽta fuiſſe reuelata.ſiue bõis/ſiue malis ſpiritib9ſiue cælis mediãtibus.ut ĩ ſomniis/nõ affixa cogitatiõe cauſatis nõ ciboꝝ fumis & huiuſmõi ſenſuũ motorib9.uera.n.falſis miſcẽt: alias iã fides nulla illis adhiberetur.quæ poſtmodũ experiẽtia cõprobat. Ita in aſtrologicis ſecretis cõtigiſſe credẽdũ ẽ. Verũ qm̃ ad ea q̃ iã aſtrologi attixerũt naturali lumĩe ꝑueniri potuit dicim9 illa/non eẽ reuelata . ſi eo mõ inuenta quo expſſũ fuit ſepi9 aſtrologos ꝓceſſiſſe.ideo ad nugas q̃s ĩ pri.ca.ponit nõ ẽ opus rñdere.

Quæ narrat in ſecundo ca.ſibimet reſponſiones eſſe poſſunt apud eos qui naturali lumine ſunt ꝑditi.Nam nõ parua quidem fama/doctrina Græcos uiros excellentes tanto tẽpore illis remoratos in Aegyptũ attraxiſſet.nec mirũ ſi eoꝝ laudes non ſint proſequuti.nam dedecori eoꝝ tribuiſſe non eſt mirũ & meras mathematicas ſciẽtias:& naturales & medias ab Aegyptiis Chaldæis didiciſſe.quãuis naturalẽ philoſophiã ac eam quã methaphyſicã uocant ſupra naturalem præcipuas apud Græcos fecerint.cui tamẽ nõ repugnat nõ nulla ab illis Græcos accepiſſe. Quis ignorat Ariſto.ingratum fuiſſe Platonis diſcipulum?cuius tamen præceptor nõ Chaldæus ſed ſicut ipſe Græcus.gloriæ quidem conſequendæ auiditas (ſi uera fateamur) ad nõ nulla illicita pellit mortales.uti accidere ſolet hiis qui Saturnum in quinta domo habent conſtitutum.præcipue:ſi Mercurii teſtimoniũ habuerit.oſtẽdit enim inani faſtu/pompa/gloriaq; & dum uixerit & poſt mortem natum oblectari.eaq; cauſa fixis cogitationibus opprimi.multiſq; uerbis conceptus exprimere.

In tertio ca.conatur oſtẽdere phyſica cõſideratione poſthabita inane reducere aſtrologos omnia in cælum:ſicut amator omnia in amatã refert.Qua in re primo dicitur ꝓpter ambitionẽ quoſdam reperiri.qui uel contra ea quæ ſentiebant opera ediderũt:ut nuper uelit nolitue falſus ꝓpheta hoc teſtatus eſt:uel nimiũ de ſeipſis ꝑſumentes.poſtquã rem quãpiam breui tẽpore cõprehendere non ualent:neq; inde faſtus oblectationẽ habere:illi rei inimicũ aduerſumq; ſe faciunt:ut qđ per ſe cõſequi nõ ualebant per accidẽs ottinerent.ſicut (ut exẽplis Pici utamur) ſi quis amatã poſſidere non poſſit:amorẽ in odium uertat:ut ſepius ottigiſſe patet.ſed eiuſmodi nõ fuerunt Chaldæi atq; Aegyptii/potius alii:qui illis detrahũt:nec gratias agũt inuentoribus.difficillimaꝝ diuinarũq; reꝝ.Quæ uero cælis cõpetant:quæq; per ſe:per accidenſue.quale dominiũ habeant in inferioribus.qbus rationibus moti ſint aſtrologi in libro noſtro de aſtrologica ueritate iuxta ꝓprii ingenii uires oſtenſa ſunt.quũ tñ aſtrologiæ ſecreta pluribus de cauſis ab auctoribus occultentur.Dicit̃ deinde aſtrologicam ueritatẽ nedum inter quaſdam uanas diuinationes aſtrologiã ſcientiã ſũmã ſapientiam exiſtimari debere.ſicut etiã philoſophia:ſed inter cæteras artes naturali lumine repereas.ut in libro prædicto demonſtratũ eſt.Neq; ydolatriæ fuit hæc ſcientiæ occaſio.quin potius rectis intellectibus aperta lataq; uia ad dei cæloꝝ cõditoris laudes.cõtrariũ tamẽ fortaſſe ſentiũt qui Mercuriũ inſtabilẽ nimiſq; uariabilem dominũ nonæ Saturni ſpheram attingentẽ:atq; eiuſdem domũ incolentem habent in eoꝝ genituris. Quæ uero de lucro obiciuntur inique dicta ſunt:qui quidẽ toto tempore uitæ ſuæ ad contemplandos aſtroꝝ motus omnibus cõmoditatibus ſpꝛtis ſe dedere eiuſmodi gratias nõ merentur.ſed illis accidere certum eſt:quod uulgo dicitur ingratitudine maxima/maxima beneficia ſolui.

In.iiii.ca.ad obiecta dicimus nõ ceſſare debere expientiã:licet multaꝝ reꝝ ſit habita:ſicut nec in medicina & aliis:neq; diſcurſum in reliquis:ob multitudinẽ reꝝ intelligibiliũ & inumeras ſpecialiores ꝓprietates.hæc Pici obiectio iniqtatẽ oſtẽdit nõ ueritatis amicitiã.nõ enim ignorabat nullã ſciẽtiã etiã infimaꝝ reꝝ haberi pfectiſſime.hoc ruſtici pueriq; ſciunt/ſempq; adiſcendũ eſſe. quidã.n.unica notitiã uniuerſalem elicere uolunt cõtra ſuperius determinata.q.ii.alii grauiores

tamē etiā in phia periti & naturali lumine ꝑditi ex pluribus memoriis copulatis uniuerſalem eliciūt. Diuerſitas uero opinionū (quā ſupra magis obeſſe phīs diximus) ex pluribꝰ cāis pēdet uidelicet ex magno numero obſeruādoꝝ: inſtroꝝ quorūdā impfectione ītellectus debilitate mathematicaꝝ ignorātia: naturaliū & rationalis impitia: materiæ altitudine: ingenioꝝ diuerſitate: ætatis breuitate: labore tpis: nūmorūqꝫ expoſitione: agibiliū impedimētis. & aliis multis: quibus tn̄ pugnantibus ꝑdictis multis mediis ad eā generalem noticiā peruenimus quā periti aſtrologi pollicentur. Quæ uero primū obſeruauere philoſophi longe magis a ratione aliena ſunt: q̄ quæ aſtrologi: quis ignorat: prima ſcientiaꝝ inuenta rerūqꝫ omniū præcipue difficilium/imperfecta eſſe: quare pueriliter arguit.

In. v. uero cōtra aſtrologiā notata refellimus. primū ex natura ꝑtiū ipſaꝝ primi mobilis ſignoꝝ cōplexionē notauerūt aſtrologi: quā qdē nō ſolū antiquoꝝ labore qs exptā hr̄e pōt: ſed ſeipſo quolibet āno certiſſime ꝑiculo cōprehendere: qđ ego ſepiꝰ aptiſſimū uidi: obſeruet qs ꝑdn̄atores: initiorūqꝫ figuras: natiuitates & hmōi. & nihil dubii ſuperit: falſa uana puerilia ſunt q̄ pro aſtrologoꝝ mediis adducit: nec clā ſuppoſita fundamēta ꝑcepit. Nec triāgularis aſpectus ab ſimili ſignoꝝ cōplexiōe ſūptus eſt: ſed ex natura figuræ: cōtingit. n. extra eclipticā ſtellā triāgulari aſpectu alterā reſpicere: q̄ tn̄ in diuerſæ cōplexiōis ſigno repiet̄ ꝑcipue iuxta ponentes ꝓiectionē radioꝝ nō abſolutā: ſed ut diximus: cōcordātiæ ſunt: qs cās putat: pariter nec fixa ob tpoꝝ fixionē dicta ſunt: qm̄ in aliis potioribꝰ ſignificatis expta ſunt: ſed iam inuēto cōcordat tēpoꝝ fixio mobilitas/uel coītas. quis pricipiū cognitiōis extiterit. multa. n. in phia leuiora ad ſubtilia cognoſcēda ꝑduxerūt. De coloribꝰ planetaꝝ dictū eſt ſatis. uidemus. n. ſimilia corpora cæleſtia in colore ſimilis eſſe uirtutis: qs ignorat oculū Tauri: q̄ ſtellā Aldebrā uocāt: naturā Martis ſapet̄ cor ſcorpiōis: & caput geminoꝝ & hmōi: licet. n. quom lucidū aſcēdētē uidemus/ignē eſſe iudicemus & calidū: diuerſis ſenſibꝰ prius cognitis colore & caliditate ꝑ cōem uel aliū īteriorē ſenſū cōiūctis: nō tn̄ lux eiꝰ pricipiū fuit caliditatis cognitæ ſed tactus ſenſus. pariter: licet quū ſtellā rubeā uidemus eā martialē naturā retinere dicamꝰ: nō ē rubedo pricipiū cognitiōis uirtutis: ſed effectꝰ quos in ſibi ſubiectis obſeruauimus: ſicut ēt phūs. poſt tactus cognitionē luciſqꝫ per uiſum īmutationē. ſi lucēs corpus uiderit ipſum calidū recte iudicabit: ita & aſtrologus ſtellā &c. qūo āt prātes inuente ſint/in libro nr̄o ꝑdicto aptū eſt. Ptol. Solis exaltationē/in Ariete Saturni ī Libra alia rōne cōcordauit. ſed iſta oīa accidētalia ſūt. Ridiculū uidet̄ Pico dicere ab effectu eē hoc. nos āt ridiculū dicimus qui uiā ab effectu ꝓcedēdi poſthēt: atqꝫ potiorē (hoc ē utilē nobis magis: qua ſepius īdigemus) nō facit. q̄re q̄ſo q̄ ab Ariſto. in naturali phia dicūtur. pene ſemꝑ cōpies ab effectu ꝓcedere. noſter. n. gn̄alis modus acq̄rēdi ſciētiā eſt ab effectu a ſenſibilibꝰ ab inferioribꝰ ad ſupiora ꝓcedēdo: ſed nobis ſimilitudinē parat quom reprobare putat. ait pricipē deſcēdere potiꝰ. eſto. At nōne ſicut apparēter aſcēdit priceps/quū tn̄ nō aſcēdat ſimilis fit ſtellæ mediū cælū petēti. nā aſcēdere uꝛ licet nō aſcēdat. ſed hæc friuola ſūt. nec cāe ſed q̄dā cōcordātiæ. in qbꝰ apiēdis qdā errauere ſicut ī aliis ſciētiis & rebꝰ accidit. Angeli uero aſtrologiā hn̄t adeo pfectā: ut īnumera futura ꝑdicere poſſint. teſte Scoto. ii. ſentē. q. xiiii. niſi igit̄ demones naturali lumine qn̄qꝫ ſaltim priuati ſint eam etiā callent. ſed ſi falſo qn̄qꝫ ꝑdicunt.

alia rō eſt: mēdaces eni ſunt: nec q̄ noſcūt apiūt. Retroceſſio planetis maximū ē infortuniū reſpectu.ſ.ſibi ſubiectoꝝ. Eclipſes calamitates pariūt: quū rem nunc tp̄is magna ciuitas experit̄. Partiū uero cauſa rōnalis eſt nō tn̄ adeo particulariū ſignificatiua: puta fabaꝝ: illud enim ridiculum eſt: ſed generalium.

Quæ in.vi.capite ponit debiliora ſūt: nos uero cū Scoto ſentimus cūq; aliis demones nullo pacto futura ꝑdicere poſſe niſi aūt coniecturis inferioribus: ſicut prudētes hoīes faciūt: aut aſtroꝝ intuēdo cauſas. Vtilē quoq; demōſtrauimus eē aſtrologiam.q.i.ad oīa & medicina potiſſime: atq; phīa ea indiget: theologia illa uigorat̄: q̄ ſi mala mens maluſue animus aſtrologia abutat̄ pariter etiam theologia abutetur: palam eſt hoc in multis. Legant medici Hipocratem ſuperius allegatum. Galenū quoq; reducant ipſi creticas multaſq; alias ægroꝝ alterationes in cauſas: ꝑdicāt hunc primo paroſiſmū aggreſſurū: hora tali: horā mortis: credent quādoq; id in cretica die fieri: fietq; prius in altera cretica die: ſed medico ignota penitus hic paꝝ ante ille a lōge pariter intuetur. Afferat mihi cauſam in mediū: cur Socrates aſſiduis intenſiſſimis cogitationibus delectabilibus affectus ex abrupto ſtatim alterā diuerſam rem cogitet: iā e memoria elapſam nō diſcurſu: nō ſimilitudine cuiuſpiā motus: neq; potētioribus recētioribus ſpeciebus moueat̄. Ad comites artes diuinatrices quas ponit: dicimus ſiqs debiliū ſit uiriū uero ſubſtentaculo indiget: qm̄ aūt uerā eſt aſtrologia aliæ mendaces artes ſuis fundamētis ſe ſuſtentare nō potētes: huius adhærere uoluerunt: ſed chyromantiā uerā artē teſtari uidetur Ariſt.ꝑl.ptis.viii.ꝑl.xlvi.& pti.xx.ꝑbl.lxviii.

In ultimo ca.poſita: qm̄ arbitrariæ dicta ſunt: iccirco miſſa faciamus.

## Ad Lectorem.

Haud dubiū eſt quibuſdā Pico deditis media contra reſpōſiones noſtras ſuccurrere debere: at quom palam fient: reſponſiones quoq; nobis nō defuturis ſperamus. Si uero in aliquibus ingenioſis minime ſatiſfecero: illi quæſo pro me rependant: deniq; ueniam: nā principiū reſpōdendi dediſſe credimus: quo alii faciliori uia pergere poterunt: fauente diuina gratia: a qua munera ſunt omnia.

¶Lucii Bellantii ciuis Senenſis Artiū & Medicinæ doctoris reſpōſiones ad Ioānis Pici comitis obiectiones: quas aduerſus Aſtrologicā ueritatē: quis nō ediderit cōmentatus eſt: Feliciter finiunt. Venetiis per Bernardinū Venetū de Vitalibus Anno a natali chriſtiano.M.ccccc.ii.

Cum Priuilegio.

Regiſtrum Chartarum.

.a.b.c.d.e.f.g.i.k.l.m.n.q.r.ſ.t.u.ſunt terni.aa.h.o.p.ſunt duerni.

¶ Tabula capitum cõtra aſtrologiam Pici Mirandul. & reſponſionum Lucii Bellantii Senenſis.


Libri Primi.

COntra aſtrologiã. phõꝝ ꝓpheta/rũ ceſaꝝ & põtificũ auctoritate.

Libri. ii.

Narratio uanitatis aſtrologiæ.
Q uod ẽ ars ĩcerta aſtrologoꝝ iudicio.
Electiões eẽ ĩutiles teſtimonio cuiuſdã.
Inutilitas aſtrologiæ ad decernendũ eligibile uel fugiendum aduerſum.
Inutilitas eiuſdem ad religionem.
Noxiã eſſe aſtro. chriſtianæ religioni.
Fallacia aſtro. ob diſcrepãtiã aſtrologo/rũ.
Contra aſtrologos noſtræ ætatis
Vana eſſe iudicia aſtrologorum.
Cur aliquãdo aſtrologi uera predicent.

Libri. iii.

Epilogus dictorum ordo dicendorum.
Rationes qbus aſtrologia ꝓbari uidet̃.
Retorquetur prima ratio: & ꝙ cælũ eſt cauſa uniuerſalis.
Q uo pacto cælũ agit in inferioribus.
Nulla uirtus eſt cælis præter cõmunẽ motum & influentiam.
Lunæ lumẽ eẽ uitale nõ hu. uel fri. p ſe.
Nõ poſſe defendi aſtro. ſi omnes ſtellæ ſunt calide.
Obiecto contra prædicta.
Solutio. & ꝙ formæ ſpecifice uel indi. non ſunt a cælis.
Stellas alias a luminarib9 aut nil aut parum agere.
Q uo pacto eædẽ ſtellæ uaria ager̃ poſ ſint.
Q uæ uarietas in cælum redigat̃: q̃ nõ.
Sol multa operatur quæ aſtrologi pu/tant ab aliis fieri.
De uariatione uirtutis Lunæ.
Eſtus maris ĩ aliã cãm q̃ in lunã redigi.
Galeni ſententia de creticis confutatur.
Periodus humoꝝ non referri ad cælos.
Octimeſtris partus infelicitatem nõ in Saturnum redigi. (cunt.
Naute agricole uera ſepius q̃ aſtro. ꝑdi/
Non oĩa quæ prædicunt aſtrologi pendere a primis qualitatibus.
Impedimenta inferioꝝ non eſſe a cælo.
Ingenia & mores non eſſe a cælis.
Bella non a qualitatibus pendere.
Non eẽ in cælis occultas uires. (lit.
Q uælibet cæli uis ẽ uniuerſalis q̃cũq
Epilogus & cõfutatio quarũdam ratio/num aſtrologorum.

libri. iiii.

Ordo ſeruandus aſtrologiã nihil eſſe.
Fortuita non eſſe a cælo.
Q uomodo fortuita cauſas habeant.
Effectus mirabiles in angelos referẽdos
Præterita non poſſe preuideri. (eſſe.
Futura poſt multo tpe nõ cãri a cælis.
Vanitas electionum.
Aſtrologi mẽtẽ humanã cælis ſubiciũt.
Mores hominum a cælis non fieri.
Malas aut bonas leges cælis nõ ſubici.
Corporeas diſpoſitiones nõ eſſe a cælo.
Non põt cælum eẽ ſignũ niſi ſit cauſa.
Nullam eſſe interrogationum partem.
Miracula diuina a cælis nõ ſignificari.
Stellã magoꝝ nõ ĩtelligi cõſtellationẽ.
Q uæ ſupra uires naturæ uidet̃ a cælis (nõ eſſe.

Libri. v.

Magnas coniunctiones eſſe uanas.
Viæ qbus ĩdicat aſtro. de magnis reb9.
Nullas eſſe Saturnias reuolutiones.
Ordo dicendoꝝ & diuerſitas opinionũ de magnis coniunctionibus.
Precipue aſtro. uſi ſunt mediis cõiũcti.
Ordo dicendoꝝ & opinio Alliacenſis.
Tempora non ab aſtro. ſed yſtoricis eẽ petenda.
Sũma ſẽtẽ. Alli. de cõcor. aſtro. & yſto.
Error Alli. & uana concluſio.
Error aſtrolo. de diluuii coniunctione.
Cõtra Abrahã Iudæũ de Meſſie ꝓnoſti.
Cõtra aſcribẽtes reli. Chriſti ſideribus.
Genituram Yheſus nõ eſſe quæ fertur.

# TABVLA


Falſum Abo.iudicium de Maumeth.
Falſum uaticinium de Antichriſto.
Ratione eſſe falſã ſex tm̃ eẽ poſſe leges.

Libri.vi.

Quo pacto procedendũ ſit contra fun damenta aſtrologiæ.
Quib9reb9 aſtr.dicãt ĩfluxus uariari.
Falſitas domorum.
Falſitas diuiſionis duodecim domoꝝ.
Falſitas aſpectuum ſententia.aſtro.
Cõfutatio uariaꝝ opionũ de aſpectib9.
Cauſa deceptionis aſtrologoꝝ.
Obſeſſionẽ cõtradiceř aſpectuũ rõib9.
Planetas ſub radiis ſolis nõ male affici.
Retrogrados fortiores eſſe.
Caput & caudam nihil eſſe.
Falſitas anthiſtiorum.
Falſitas dñantiũ & obedien.ſignoꝝ.
Falſitas exaltationum rationum.
Contra quædam ſignis attributa.
Contra rationem facieꝝ:& terminoꝝ.
Contra graduum proprietates.
Contra partium rationes.
Contra dodecathemorioꝝ ſententiam.

Libri.vii.

Quid dictum quid dicendum.
Ambiguam eſſe horam fatalem.
Ptolo.plus cõceptui q̃ geniture tribuit.
Facta uniuerſalia aſtro.nulla eſſe.
Non poſſe aſtro.regiõi futuꝝ p̃dicere.
Nõ poſſe pricipiũ ſignificatiuũ eligi an
Cõtra directionũ determinatiões. (ni
Aſtrologos omittere neceſſaria ſicut in efficacia dicunt.
Implicare repu.dicta de fixis.
Falſitas dictorum de planetis.

Libri.viii.

Incertum eſſe numerum cælorum.
Si plures octo ſpheræ ſunt falſa aſtro. antiquorum.
Differre imagines a ſignis:licet in nomine conueniant.
Caldæorum imagines eſſe figmenta.
Non eſſe inuiſibiles imagines.

Libri.ix.

Quid actum quid agendum.
Genituræ principium eſſe incertum.
Contra annimodar.
Contra.Li.uerbum.
Contra meſſala de principio hominis.
Contra initia urbium factionum &c.
Incertitudo diuiſionum domorum.
Laborioſũ eẽ ſcire loca neceſſa.plãetaꝝ
Variæ opi.de ãni q̃litate & ſolis eleuat.
Minutoꝝ error aliquando maximus.
Variæ opi.de motu octauæ.
Variæ ſententiæ de directionibus.

Libri.x.

Quid actum quid agendum.
Rationes aſtro.inanes eſſe.
Contra fortitudinem domorum.
Contra rationes aſtrologorum.
Contra rationes a parabolica ſimili.
Cõtra rões Auẽrodã de ꝓprieta.ſignoꝝ
Cõtra ꝓprieta.eoꝝ ſcdm Aboazarrem.
Contra gaudia planetarum.
Contra Ptolo.de domibus planetaꝝ.
Contra facies & terminos.
Cõtra ſignificatõem ſignoꝝ ſup mẽbra.
Contra ꝓprietates abſolutis ſignoꝝ.
Cõtra Ptol.loq̃ns de pla.ac ſi ex elemẽ.
Non eſſe planetas noxios. (eſſent.
Contra dominium dierum & horaꝝ.

Libri.xi.

Aſtrologiã non eſſe experientia ꝓbatã.
Si expientia haberi põt non eſt habita.

Libri.xii.

Non eſſe aſtrologiam reuelatam.
Quales Aegyptii atq; Chaldæi ubi orta eſt aſtro. (duxit.
Quid Aegyp.& Chal.in opi.aſtro.in
Quo pacto ĩciderit ĩ ſuis obſeruatõib9
Quib9 cõiecturis uſi ĩ obſeruati.ſuis.
Quib9fomẽtis aucta aſtrologia. (nit.
Quo pacto ab ægy. ad alios aſtro.pue


¶Finis tabu. obiectoꝝ & reſponſionũ Ioãnis Pici & Lucii Bellantii.